

John Carter Brown
Library
Brown University

KNOWLTON 1960

DYALOGVS · IOHANNIS STAMLER · AVGVSTÑ. DE DIVERSARVM GENCIVM SECTIS ET MVNDI RELIGIONIBVS ·




DYALOGVS · IOHANNIS STAMLER · AVGVST N.
DE DIVERSARVM GENCIVM SECTIS
ET MVNDI RELIGIONIBVS
IHS
SOLA
SANCTA · MATER · ECCLESIA
INRI
ORA · ET · CVRA
PROTEGE IMPERA
MACHOMETUS
IVPITER
CHINGISTA
FONS · VERE SAPIENCIE
IVSTA · EST RELIGIO
SARACENATHVR
SINAGOGA
GENTILITAS
TARTARICA
DISPVTATORES
Doctor Olueri9
Balbus hiſtoricus
Triphon phiſic9
I · S
H · B
Rudolph9 laic9
Samuel Iudeus
Arneſtes Apoſtota
Regiſtrũ operis reſpice in fine

REVERENDO. IN. CHRISTO. PATRI. ET. DOMINO. domino Matheo lang Auguſteñ: Epiſcopo Gurcenſi: Dyalogus in modū Comici dramatis formatus: A Iohanne Stamler preſpitero: ſuccincte digeſtus: De Tartarorum: Saracenorum: Turcorum: Iudeorum et Gentilium Sectis et Religionibus/ac eorundē confutatione/ et cum noſtre apoſtolice fidei/hiſtoriarum figurarumq̧: Preterea vtriuſq̧ Teſtamenti ſacrarū ſcripturarū Compēdioſe inſertarum: approbatione. Dicatus

¶ IACOBI. LOCHER. PHILOMVSI. EPIGRAMA ad lectorem operis nō penitendi

Quiſq̧ videre cupit ſuccincto plura libello
Dogmata: continuus perlegat illud opus.
Illud opus quo non operas meliore locabis/
Mercator precio: tu tibi fidus eris.
Tu tibi fidus eris: vetitas quia diſcere ſectas
Prouidus ipſe potes: ſicq̧ cauere dolum.
Multa vetuſtatis ſubſunt monumenta probate.
Que firmant fidei myſtica ſenſa ſacre.
Auctori ſummas debes perſoluere grates:
Ingenio cuius muſtea ſcripta tenes
Dii bene vortant

HEXASTICHON. EIVSDEM

Non legat hunc librum. cui naſus putret oleto
Inuidie: Iuſtus arbiter eſſe nequit
Non legat hunc librum: cui diſplicet ipſe vetuſtas
Qui putat et nugas omnia geſta meras
At legat hunc librum: rerum ſcrutator et hoſpes
Pieridum: fructus percipiatq̧ bonos.

¶ Regiſtrum operis/tu lector reſpice in fine

GERMANI. FREIDANCR.ET TRVIECRART.AD.LECTOREM

VEre ſtultiſſimus hominum et beſtiis irrationabilibus inſanior/ etiam quacunqꝫ maieſtate floridus et reuerētia/ qui ſuam partem et animū(recta dei et ſui cognitōne poſtpoſita) terrenis et virtuti repugnātibus deſideriis ſituari arbitratur. Preſertim cum nulla ſit vel vnq̄m fuerit Gentium religio iuſta ſiue philoſophica / que non ſuam partem et felicitatem in alia patria id eſt viuentium terra/ pluſquam hac infima orbis regione caduca et tranſitoria perpetuo decreuerit ſanxeritqꝫ locandam. Sed homo cum in honore eſſet non intellexit/ compatus eſt iumentis inſipientibus & ſimilis factus eſt illis. Illud nec mirū: Nam/ War lich die Welt iſt Wol ain vogelhaufs/vnd ſitzen mertails Narren dar inn. Nam omnes declinauerūt ſimul inutiles.zc. quod ſi omnes & merito conſentient: nos non contradicimus. Totus enim mundus cum omni ſua inani gloria et poteſtate (diuinis tantum demptis hominum mentibus) aliud nihil eſt/ niſi caducum quid et tranſitoriū: & ad alios Cœlorum Circulos cum ſua huiuſmodi inani gloria et ſuperbia infatuata minimus punctus eſt & medius. Sic hec omnia contemplare tu lector. Et ecce mundum: ecce Cœlum. Ita omniū factorem vnicum et ſolum venerare Deum.

BEATVS

Eſſe ſui iuris hominem ſua ſeqꝫ tueri
Contentumqꝫ ſuis/ alienum nolle beatum

Reuerendo in criſto patri et dño/dño Matheo lang dei et aplice ſedis grã Confirmato dño Gurcenſi præceptori ſuo Gratioſo Iohãnes Stamler Auguſtñ pſbiter oratoriã ſuam ſeruitutẽ humilem & obſequioſam.

P Erbeatos:fuiſſe illos pater grõſe Cicero refert/qui in optima repub:cũ et honorũ et rerũ geſtarũ glĩa floruerũt/ ac cũ vite curſũ tenuerũt/ vt in ocio ſiue vicio et in negotio cũ honore ac digñitate eſſe poſſint. Quare ſomniãti publio Cornelio Scipioni Affricano Iuniori Auum ſeniorẽ Affricanũ antea defunctũ ſpeciei oraculi diuina his inter cetera verbis fuiſſe locutum comperim9: ſcilicet Sed quo ſis tu Aphricane Inquiẽs alacrior ad tutandã rempub: ſic habeto/oĩbus qui patriã cõſeruauerint/auxerint/adiuuerint/certũ in Cœlo diffinitũ eſſe locũ/vbi beati ſempiterno euo fruanť. Nihil eñ illi rerũ oĩm principi deo ĩ terris accepti9 q̃m Conſilia cetuſq; hoĩm iure ſociati que Ciuitates appellantur/harum rectores Cõſeruatores/Reges & principes hinc pfecti huc reuertunť. Hoc ſacramẽtũ P.R. Gratioſe tue paternitati ſuggero/nõ id q ignores (cũ virtutũ ac diſciplinarũ ferme oĩm auditor & defenſor ſis acerrimus) Sed quia impatoria indies verſaris reipub: vt inde ſolatiũ aliquod & virtutis meritũ in eterna cœleſti patria te fore ſencies conſecutũ. Sed quia continuũ. Reipub. ſtudium moleſtum eſt/ qñq; et animo fragili intolerabile ad ſolatia refugiendum dinoſciť. Trahit eñ arcũ cum tela ſagitarius in altum primo ſecũdo et acrius tercio donec fractura timetur eiuſdem: q̃re mediũ vigilanti9 tenuerũt beati. Ne ergo his curis & ſolicitudinibus ac ſacre Romane Reipub: difficultatibus nimiũ fatigeris Præſul digniſſime hũc noſtrũ preſentẽ tractaculũ viri autentici correctum iudicio et emẽdatum tue paternitati ingenioſiſſime: Homo ego omniũ ſimpliciſſimus et adhuc iuuenis offero et dedo: vt grauitatis onere pauliſper reſtricto humanis hyſtoriis et maiorum geſtis graue tuum nobile et magnificentiſſimũ ingeniũ ſolatioſe exerceas: Preſertim hiſtoria cum teſtis ſit temporũ/lux veritatis/vita memorie/ rationis via/ et nuncia vetuſtatis. Suſcipe igitur queſo pater et præceptor mi reuerẽdiſſime hanc ſimplicẽ et paruã dedicionẽ noſtrã aĩo placabili et gratioſo/tuiq; inter cetera deditiſſimi oratoris ad deum et ſeruili iohannis Stamler memento Ex Rure Kyſſingen. zo. Auguſti Anno. 1.5o.7.

Somniũ aut eſt ppũ aut alienũ: cõe/ publicũ aut generale. Tres ſomniatores ſacra ſcriptura cõmemorat. ſ. Ioſeph egiptiũ Danielẽ hebreum et ScipionẽRomanũ Tamẽ diuinorũ ſpeclãtores plures fuerunt vti ſctĩ prophete & ipe ſcrutator celeſtis Ioãnes euãgeliſta.

Iniciũ & cõſeruacõ totius reipu. notatur ĩ Spe. hy. Vincẽtii quod in pñti cpe ſrequenti9 imitat9 ſum ſ. li. 5. c. i. ptl prie ibi per pulcra videãnť p totum Nã pulſis ex vrbe regib9 cõſules rem pub. regere & p brutũ regũ expulſorem vſq; ad Iuliũ primũ ceſarem gubernare ceperunt.

Reuertuntur Et hoc infra. Diuinus ille Scipio Affrican9 pſequiť inquiens hoĩes enim hac lege generati ſũt qui tuẽtur illũ globũ. i. ipſam terri hiſq; hoĩbus datus eſt anim9 ideſt ipſa anima ex illis ſempiternis ignibus quos ignes ſidera et ſtellas vocatis/ que rotũde et globoſe diuinis aĩate mẽtibus Circulos ſuos orbeſq; conficiũt celeritate mirabili quare piis ominibus hoceſt homibus retinendus eſt animus in cuſtodia corporis/nec in iuſſu eius id eſt dei a quo ille vobis datus eſt animus hoc eſt aĩa ex homĩ vita migrandũ eſt/ne munus humanũ a deo vobl aſſignatũ defugiſſe videamini zc. Supra illa/ & his ſimilia ipſe Macrobius Cõmendator egregius lacius videatur. Q̃ſ autẽ animus hominis id eſt ipſa anima ſit ĩmortalis tunc infra in tali ſomno Egregius ille ſomniator African9 plus pſequitur dicens quãdo ſcilicet orbes et circulos eorundem & planetarũ diſtinxit lunam ipſam inferiorẽ omniũ deſcribendo/ Tunc inquit Infra aũt illam nihil eſt niſi mortale et caducum/preter anĩos munere deorum hominũ generum datos: ſupra lunã ſunt eterna omnia. Nam ea que eſt media et noua tellus neq; mouetur et infima eſt/ et in eam ferunť oĩa nutũ ſuo pondera. Illa pagani homĩs tu lector ne mireris Cum Paulum apoſtolum ad ſuperos in tercium cælum Tondalum et alios q̃m plures ad inferos ſic ipſa nr̃a ſcriptura ſacra rapt9 cõfiteatur zc. Cum prelibato ſomniatore noſtro Affricano pleriq; et maiores philoſophi conueniunt maxime platonici pter Eraclitũ philoſophũ Aſianum cognomento Scotinum et condiſcipulos eiuſdem qui dixit animã hominis ſcintillã eſſe ſtellaris eſſentie. Contra hoc et plus de anime ĩmortalitate infra loco ſuo in margine pariter et de purgatorio lacius patebit zc. Plus autem ad verbum hoc reuertuntur. hoc eſt ad beatitudinẽ illã que bonis patrie conſeruatoribus debetur. de qua Audi excellentẽ illum philoſophũ Macrobiũ ſuper eodem cum inquit. Nam ſole virtutes faciunt hominẽ beatum Nullaq; alia via quiſq̃m hoc nomen adipiſcitur q̃s etiam virtutes celeſtis ille medicus omniũ princeps & deus philoſophantiũ Criſtus ieſus octo beatitudinibus enumeratis. Math. 5. c. bene pfeſſus eſt dicens. Beati paupeies ſpũ zc. De huiuſmodi beatitudine et patria Cœleſti ſm Theologos reſpice infra de ſancta Trinitate in Margine de ierarchiis et choris angelorum zc. et menſuram a terra vſq; ad vnumquemq; planetarum inuenies libro Macrobii fo. 4. indifferenter reſpice ibidem zc.

Iohannes Stamler Auguſtenſis Iacobo philomuſo poete laureato Conſumato oratori/ ſuo preceptori obſeruantiſſimo.

.P.S.

Q Via me ruralitati modo potiuſqꝫ ſtudio vacaturũ cognoſcis virorũ humaniſſime: ad hiſtorias recolendas me heſitantem & inuitũ exhortatus es nõ tu ꝙ eas ignores cum multorũ ſis princeps & præceptor magnificus: ſed noſtre memor beniuolentie vt ad ingenioli mei exercitium me rudum et obliuioſum iteraro inuitares. Scripſiſti nuꝑ vt te de inſulis ſuꝑ Gangem dudum inuentis (quia huiꝰ regionis & patrie natiuos & hꝰmodi nouitatis cõſcios mecũ homĩes habeã) certiorem redderem: atqꝫ Tartarorũ/ Saracenorũ/ Turcorũ & Iudeorũ mores & ſectas breuius quopoſſim cõſcriberẽ: qa tu alias ſcolaſticis occuperis diſciplinis. Sed hoc vnũ obmiſiſti præceptor magnifice/ nõ imitendo ſpiritũ id quo facilius ꝑficerem/ vt dudum antea & ſepius facere cõſueueras. Ego aũt tue obſequioſus voluntati ac morem gerere paratiſſimus/ quod potui agreſſus ſum/ non modica tñ verecũdia maiorũ. De inſulis autẽ inuentis mentionẽ nullã facio: Sed Criſtoferi Colom eiundẽ inuẽtoris et Alberici Veſpucii de orbe moderno inuento (quibus etas noſtra potiſſimũ debet) quos tibi preſentibus tractatulos mitto conſpicias. Nihilominꝰ tñ hꝰmodi hoĩes & duos iuuenes maſculos apud nos eſſe fateor/ quibus vt potui locutus ſum ac ſumma diligentia contemplatus eoſdem. Alteram autẽ petionẽ tuã animo eo ſuſcepi arbitror/ quo me tibi cunctiſqꝫ tuis ſummis amore & beniuolẽtia ſenties deuictum: et ita deuictũ/ vt tue excellentie potiſſimũ deſeruiſſe noſcatur vterqꝫ meus imo tuus homo. Suſcepi autem hoc tui cauſa ſolacii negotiũ/ grande quidem onus ſed paruũ ingenium. Confeci igitur (quia ad id me compuliſti) ſtilo humili & ſimpliciſſimo Dyalogum ſub comedie formula/ cuius cenis & collationibus nõ mea: ſed que legittimorũ et ꝓbatiſſimorũ ſunt hiſtoricorum (que omnia ipſe legi et ſcrutatus ſum hic in textu q̃m etiam in marginibus eiuſdem & ꝑſertim maximi doctoris fratris Vincentii in Spe. hiſto. et aliorum multorum: etiam in articulis fidei roboratis: Sacri Conſilii Baſilienſis documẽta imitatus) curioſe intextui cõmẽta: malens aliena diſcere: verecunde q̃m mea impudẽter ingerere. Ea autem lege et conditione ipſa cõmenta precipue de Tartaris velim intelligas. ſ. ante annos centum et ſex/ ac etiam vltra ducenteſimũ præceptor mi fuiſſe plerumqꝫ vera & autentica. Interim tamen geſta que fuerint hiſtorici ſilentio preteriſſe non videntur. Accipe preterea vir

De inſulis zc. De his etiam loquitur Macrobiꝰ ſuꝑ Somniũ Scipionis li. ?. cũ de Armoniis Cœli loquit̃ inter cetera dicẽs. duo ſunt zinguli vel zone habitabiles. ſ. ipſiꝰ terre quorũ Auſtralis ille in quo qui inſiſtunt auerſa nobis vrgent veſtigia nil ad veſtrum genus. Hic autẽ alter ſubiectus aquiloni quẽ incolitis: cerne q̃m tenui nos ꝑte contingat zc. De his hꝰmõi inſulis ac terris meo ſtolido iudicio videtur loqui frater Vin. in ſpe. hi. libro. ?. c. 77 per totũ in fine eiuſdẽ ibi reſpice & de iſtis gentibus. ca. 87. ſuper eodẽ ante & circa mediũ eiuſdem zc. Certum enim eſt ꝙ homines reperiunt qui in vita tedio afficiuntur & parentes ſuos voluntarie occidũt. vt Albertus magnꝰ ſuper elencorum affirmat de Triuanis in quã inſulã dicit ſe per nigromantiam veniſſe. vt aſſeritur ibidem et cũ occidunt eos comedunt/ & illud ſanctũ eſſe arbitrantes. Immo etiã idem Vincẽ. alios homĩes ex Britania vidit fruſtra hominũ comedentes in nauibus et hi homines certi erant inſulares Britanie nõ veri Britones Sed Abigothi dicuntur: De his habetur li. eodem c. 56. in fine. Et de ſimilibus moribus populorũ indie. c. 90. libro eiuſdem: et de gymnoſophiſtis philoſophis Indie. De his etiam hic infra eodem lacius continetur. Et etiam alii ſunt populi qui Traces dicuntur et barbari ſunt/ quibus ineſt contemptus vite/ et ex quadam naturali ſapientie diſciplina concordant omnes ad interitum voluntariũ/ arbitrantes abeuntium animas reuerti/ aliqui non extingui/ ſed beatiores fieri. Ergo leta ſunt ipſis funera/ et defunctos gaudiis non luctu ꝓſequuntur: Hii Traces oẽs populos corporum magnitudine excedunt. et vites neſciunt/ pomis abundant/ et reges ſui electõne nõ nobilitas ſed cõmunis populi aſſenſus preualet: de his habetur. c. 89. libro eiuſdem

humaniſſime tuam in tutelam ꝑ te/ a me exquiſiti huius opuſculi
formulã: iuſto examini tuo cõmẽdatã:quã ſi luce dignã cõſpexe/
ris: ab inſidiatorũ morſibꝰ dextra tela cuſtodias & defenſato: Va
le ſpes decuſq; meũ.Ex rure kyſſingẽ.13.kl̃as Iunii Anno.6.

¶Iacobus Locher philomuſus:Iohãni Stamler Auguſtenſi:ec/
cleſie parrochialis in kyſſingen Rectori:viro humaniſſimo.

S. P. D.

q Vanq̃m mee ꝓfeſſiõis ſit: Iohãnes cariſſime: ac amicorũ
optime/vetuſtatis ac rerum geſtarũ monumẽta diligenter
rimari:vt aliqd ſcitu dignũ/ad memoriã ſeculi noſtri ꝓfe/
ram:quod maiorũ negligentia: aut potius modo viuentiũ incuria
diu latuit:tñ tibi gnaro hoĩ:& ruſticanti ꝓuinciã hm̃õi inquiſitõis
hiſtorice: commendare malui.nec ratio deeſt cur fugerim labores
chartaceos: qui pene intra Pluteũ ac librorũ thecam putreſco: cũ
mihi ſit & legendi munus publicũ iniunctũ:& lucrubratões dome
ſtice in receſſu priuato cõponẽde/ a parergis rerum nouarũ longe
me ſemoueãt. Tibi igit̃ in primis:quia Vlixes es & multarũ gentiũ
ꝑegrinator fuiſti:multorũ populorũ mores vidiſti: doctos auſcul
taſti nõ ſine lucro pingui:ſcribẽdi onus efflagitans impoſui.vt de
inſulis nouiter inuentis:De ſectis gentiũ a xp̃iana fide auerſarum:
aliqd ſcriberes:quod om̃i ꝑiter etati ꝓdeſſet: & incognitas ſectas
diabolo cooperãte exortas:nõ ſine telo:ac ſcripturarũ munimine
cõfutaret. Addiderã quoq; meis petitõibus:vt equidẽ puto.hone
ſtiſſimis.vt mihi:ſi aliqua digeſta fuerint:remitteres: & meã legẽdi
cupidinẽ ſaciares.Sed quid inanibꝰ verbis: ac leui velitatõe veros
prouoco:aurãq; verbero? cum tu ad vota mea promptiſſimꝰ:deſi
deratam rem perfeciſti:& opus fabrefactũ ad meam cenſurã p̃miſi
ſti. Ego ipſe cum omnibus meis conphiloſophis ac literatoribus
gratiam habeo gratiſſimã:quod ob meam erga te amoris obſeruã
tiam nullum laborẽ:nullã operã:licet arduã/ In confuſiſſima vetu
ſtate:locandã:fugere volueris.Benigne ac beniuolẽtis indiciũ men
tis eſt: ꝙ ſtudioſis hoĩbus tuam frugem ac lectiõis multiuage ado
ream abſcondere noluiſti.Opuſculũ:vt paucis dicã tuum perlegi:
Perlectum doctis Cõtubernalibus cõmunicaui:Iudiciũ expectaui:
Placuit oĩbus:vt in lucẽ meridianã:ac lampabilẽ opus tuũ ꝓdiret
quod rite diſtinctũ:capitibus recte notatũ:ꝑſonis decoriter indu/
ctis authoriſatũ:ſacris litteris robuſte fultum:equis lectoribus ac
minꝰ faſtidioſis adprime placebit. Nec velim zoilos: aut inuidos
balathrones metuas: quorũ canina vox ac ſibulus venenatus tibi
nocere poterit nũq̃m:tu bñfacere cupiſtis illi:bonũ opꝰ laceſſere

quippe intus et in cute / liuenteſq; : benefacere : dicere : operari / non didicerunt. Stilus eſt mediocris: quo res iſtas ſcribere cōuenit qui tamen ſupra triuialem locutionem ſurgit: res ipſa in opuſculo contenta ad ſe pluſculos trahat: ſicuti magneſia Cautes: que ferrū ad ſe trahere fertur: Ede tuos fetus: et dicato librū illuſtri: aut clariſſimo viro / de tuis laboribus bn̄ merito: vt fulgore quodā ac maieſtate / tuas partes defendat: tuāq; induſtriam magni faciat: vt decet. Vale mi Frater: et philomuſum vt ſoles ama. Datum Auripoli ſub Adelberto Bauarorū principe Illuſtriſſimo Sapientiſſimo Duce. Anno. 1.5 0 7. octauo kl'as Iulii.

Auripolis nomen eſt vetuſtum opidi Ciuitatis ingolſtatē̄.

Iohannes Stamler in ſuum detractorem

Sanioris mentis Conſilium. Nil miſerabilius et ab hominū ſalute plus alienū arbitror Detractor ſordidiſſime / q̄m ſcelera perpetrata nō recognoſcere. Nihil em̄ tm̄ repugnat principi deo / q̄m cor impenitēs quod ſolū crimen eſt / quod veniā conſequi nō poteſt. Inimicus tibi factus ſum vera et maiorū cōmenta deſcribēs: quod tamē minus doleo / preſertim cū qs neſciat aliquid poſſe / niſi flagitioſum tuo ore laudari. Hoc plango caritatis virtute / quod ipe non plangis: q̄ te mortuū non ſentis: q̄ quaſi gladiator paratus libidini / in ꝓprium funus ornaris. Super quo age ſic conſulo penitentiā / et conuertere miſer ad deum / vt ad te deus conuertatur. Intellige itaq; et memento in multis peccaſſe te nudū / conciſſum miſerum et ſordidum mendicantem. Reſipiſce. Ex. zc.

Ieſu Chriſto viui dei Filio Laus poteſtas et imperium

Argumentum rei et hiſtorie

Arneſtem iuuenem hinc clam arreptum: ac cuidam Mercatori venditum: et ab eodem Thartarorū imperatori donatum. Rudolph9 Ciuis laicus antea omni liberalitatis ſtudio propriis expenſis enutriuit. Arneſtes a Tartaris diſceſſus / apud Thurcos degens apoſtotata / tādem patriam reuerſus / a Rudolpho patre nutritio perbenigne ſuſcipit. Sed cognita religione mutata. Primo iratus Rudolphus: Triphonis conſilio et fratris Oliuerii doctoris perſuaſione placatus. Balbum hiſtoricū ad ſtatutam diſputationis diem inuitat. Arneſtes comparet. Samuelem intereſſe poſtulās iudeum / multis hinc inde hiſtoriis recitatis cum Samuele rurſus ad fidem Iubilanter conuertitur zc.

¶Drama primum Interlocutores

Arneſtes apoſtota Turcus	Rudolphus Chriſtianus Laycus	Triphon Vicinus Phiſicus

Ar. Dy veſtrã fidem quid faxo? adeam ne an? nõ adeam cõtumeliis & verberibus me inq̃m afficient, ita auſterus rudis et inhumanus nutricius eſt pater meus Rudolphus: & q̃muis ingentia quõdam in me contulerit beneficia, cognitis tñ conditõe et religione mecum mutatis que dure & inplacabilis ceruicis ſũt, in me faciet omnia. Sed quis eſt qui vna egreditur foras? homo bonꝰ & familiaris multũ apparet: nũc adeam audacter, & ſi que rixe inter nos oriẽtur bonũ mediaotrẽ adeſſe non ambigo. Tri. per miſericordẽ deum, Rudolphe laute viximus. Ru. Immo liberaliſſime & pocula dulciſſima hauſimus: ſed viam maturemꝰ adueſperaſcit. Tri. quo ituri? Ru. ad Carmelitas iam Completoria decantabuntur. Tri. eamus, tamen quis hic nouus homo pergit obuiam? Ru. vbi? Tri. viden ex aduerſo? Ru. video. Tri. mirabilis veſtitꝰ incognita forma. Ru. ni fallor antiquiſſimus meus eſt familiaris Arneſtes. Tri. quis? Ru. nõ noſtis hominẽ, oĩm ingenioſiſſimus eſt: & affabiliorem alterum vidi nuſquã: ſed certe veſtitus eius me terret: vereor ne quid monſtri afferat: acceleremus, vt amplexibus eum dulcibꝰ ſuſcipiã. O ſuauiſſime mi Arneſtes te perditũ ſemimortuũ, rurſus inuentũ atq; adueniſſe ſaluum & incolumem plurimũ gaudeo: tu Spes mea & meum ſuauium, q̃mdiu derelictũ me ſenẽ ſuſcepiſti Ar. Obſeruãdiſſime mi præceptor, & ego te ſanum felicem quoq; gratulor video potiſſimum: nunc oculi vident, aures audiunt & quem animus deſiderat: mens mea cõtemplatur. Ru. tu Triphon ecce hominem. Tri. Incognite ſed Chare amice Arneſtes tuum aduentum deſiderabilem letor eſſe maturatum. Ar. vir humaniſſime gratias: immortales: & tuam ego preſtantiam adeſſe iam cõmode haud abre exoptaui: At tamen Rudolphe quomodo ſtant amici Cognati tui? frater ſenior viuit ne? Ru. Oliuerius Theologie magiſter? Ar. ita ſenior: Romane Baſilice Prothonotarius. Ru. feliciſſime. Ar. vbi eſt? Rudol. domi eſt: & tota domus viuit. Ar. O feliciſſime cui hec fata ſuccedunt. Rudol. mi Arneſtes vnum hortor mecum cenabis hodie. Ar. non faxo, ſis ſaluus. Ru. abire te non ſinam. Ar. ſinas precor. Rudol. minime gentium. Ar. Obtemperabo. Ru. licet: & te amiciſſime Triohon requiro vt amico reuerſo rẽ gratioſam faciamus: ne recuſes hortor. Tri. & ſi aliis negotiis vacaturꝰ forẽ: tue tñ morẽ gerere volũtati nõ recuſabo. Ru.

Drama: Nomen eſt ex greco et eſt actus vel repreſentatio comediarũ ac tragediarũ. zc Epigrama eſt ſupſcriptio ad honorem vel vituperiũ pſone alicuius

Parerga ſunt extra vagantes vt patet de pictoribus qui aliquid ornatꝰ gr̃a pingũt extra materiã ſubiectã vt ſunt in p̃ſenti opuſculo annotata in margine nõ ornatus ſed fidelitatis ſtudio & gr̃a: & de his nihil ad textũ penitus p totũ opus: ſed tantum ad lectoris ampliorẽ cognitõem de pluribus & extra textum.

Nota

Maxima fuit Rudolphi erga Arneſtẽ amicicia & cõfiſa familiaritas. Nam amicorũ eſt gaudia & triſticia ſimul & oĩa alia ferre & ĩter ſe cõmunicare Ideo vocatis amicis Laban nuptias fecit Racheli deſpõſando Iacobo eandẽ. Geñ. 29 Dauid dilexit Ionathas vti aĩam ſuã: & contra patris ſui Saul voluntatẽ ipſum Dauid ſepius auiſando. vt. 1. Re. 19. c. habet. In hmõi figura Dñs Ieſus laudauit villicũ iniquitatis ſcilicet amicis cõpatis. Luce. 16. ca. Par etiã exemplũ de illo qui petiit media nocte panẽ ab amico ſiue vicino ſuo Lu. xi. c. Intra amicos etiã ſimul debet eſſe confiſa familiaritas atq; ſecretũ colloquiũ Quare deus Myoſi loquebaẗ de cunctis agendis ratione tabernaculi & aliorum vt amicus ad amicum. Exo. 28. ca. Amici Iob venerunt eum conſolantes Iob. 2. c. Dñs noſter ſaluator ſuos in finẽ dilexit. Iohãnis. 13. c. Item amicicia debet eſſe firma & inſepabilis conſtans & fidelis. Quare Ruth dixit Neemi, quo prexeris, pergam tecum. Ruth. i. c. Huiuſmodi amicus fuit etiam Rudolphus erga Arneſtem compaciẽs et ex nimio fideli amore nimis furioſus. vt infra iam dramate patebit.

bene facis/et tu Arneſtes interea facito quod lubet:ad horã tamẽ
reuerſurus: nos ibi Completoriis finitis actu reuertemur. Ar. ſtat
ſententia eo: letor equidem ſuꝑ viuere Dñm Oliuerium ſeniorem
virum oĩm rerum exꝑtiſſimũ/ qui vna cum Triphone Rudolphi
ſi quas mihi intulerit moleſtias facili ſtrepitu conterere queat.

¶ Drama ſecundum

Arneſtes Rudolphus Triphon Oliuerius
Apoſtota Laicus Phiſicus Doctor

Ar.hora iam preteriit/vado inuitatus/multis tamẽ repletꝰ terro-
ribus: Chriſtianis cõmunicare nõ licet/recuſare abſurdũ eſt/incer
tus quid agam/Anguſtie ſunt mihi vndiq;.Ru.Triphon mi/ Arne
ſtes venit:ſed vereor hominem.Tri.quãobrem?Ru.tu vide/longe
ꝓperat/plenꝰ curis & tribulatõibꝰ:en manus en pedes & oris bal
buciem/dixi ſupra/ vereor ne quid monſtri afferat: me terruit ve-
ſtitus.Tri.audiemus/ adeſt aperi.Ru. heus Soſia ſerue hoſtiũ/re-
ſera pulſanti: tu Triphon et ego obuiã deſcẽdamꝰ.Ocioſi te Ar-
neſtes expectamus: preſto aſcẽdas/ Oliuerius te dudum expectat
Ar.vado videndũ eum.Salue mi Pater.Oli.& tu fili cariſſime: q̄m
gratiſſimus tuus ſit mihi reditus: Arneſtes hoc facile conſideras:
ꝙ omnes amicos te indies pulſaui inquirendo. Ar. grates habeo.
Oli.cõſede tu Arneſtes/et noua que feras eloquere:tu terrarũ atq;
regnorũ fines perluſtraſti: ſitus vidiſti hominũ/& que orbis con-
moda ſint & tia/te modo nouiſſe omĩa nõ ambigo: quid taces?
ne loqui veri .Ar.neſcio quid dicam . Etiam ſi pleroſq; mũdi li-
mites pertranſiui/ perii nihilominus.Oli. ſis felix Arneſtes ne pe-
reas.Ar.felix?infelicem me omẽs hoc ſero ꝓclamabitis. Ru.abſit
hoc ꝓcul mi Arneſtes : ego quidẽ hic dixi meo familiari Tripho-
ni/mee mentis iudicio triſtem te fore : atq; ſolum loquentem huc
intro pergere: tamẽ q̄mobrẽ ignoramus.Dic ergo amabo te quid
cruciet? caruimus nanq; tua preſentia per annos ſeptem vel vltra
Antea letus omnibuſq; hilarior et humanior fuiſti/quod in te iam
nuſquã apparet. Verum quidem hoc quod vulgo dici ſolet:tem-
pora mutãtur & nos mutamur in illis.Omnino eñ natura & mo-
ribus ĩmutatus es. Didici hoc quidẽ/ q̄m primũ te videram veſte
tua peregrina hominem mutatũ fore. Sed exuas hominẽ peregri-
num/vetereſq; condictões noſtras induere: vt de variis rerũ que-
ſtionibus confabulemur.Aſia maior quid ſuadet: minor quid co-
lat.Affrica ſectetur:Egiptus obſeruet:Grecia nutriat atq; venere-
tur: inſtruere nos perge rogatus/vt aduẽtus tui gratiſſimi ſolatia
peragamus. Ar lingua erat metu. Ru. metu?Ar.heret inquã. Ru.
cenabimus ergo/maior forſan hilaritas nobis occurret.Tu frater

Oliueri manus lauato pegrinūq; obſerues. Oli. faxo. Arneſtes ac-
cede laueris. Ar. minime gentiū, vnū hortor, ſitis leti & in ebria-
mini, me ſaltim abire paululum cōcedite: manere hic nequeo. Ru.
qūo agis Arneſtes? Haud ita licet, manebitis etiā inuitus. Ar. nō
eqdē Rudolphe, neſcis cauſā, pegrinorū nāq; cōuerſatio ac mo-
dorū vobis incolis eſt aliena. Ru. Hec quorſū ignoro, ſed non tu
vn9 ex noſtris? Quid taces? Ar. viden veſtitū? iudica hominē. Ru.
veſtitus te Grecum & Turcū deſcribit, qualem te minime iudico.
Ar. ſic falleris. Ru. Hem, fallor ſacrilege? te quem tantū Amaui,
iuuerim & uouerim, modo abnegatum audio. Oli. Haud ita li-
citum frater, hominē facilius beniuolentia vinci conuertiq; poſſe
q̄m iniuriis inferendis cenſetur. Tri. Prudenter domine Oliuerii
tu obmuteſce Rudolphe. Ru. per miſericordem Deum tam Cha-
rus mihi amicus ablatus omninoq; perditus, ſalubrius foret eum
nuſquā natum. Ar. mi Rudolphe pauciſſima auſculta obſecro.
Scin, me hinc quondam arreptum? immo vt dixti perditum?
Ru. Scio. Ar. & in Aſia venditum beſtialiter, vt non mei ſed alieni
Iuris fuerim. Sic viuere cum eis ꝑpter libertatem recuperandam
humanum erat: Inde ſitus placuit: fida p̄moniuit eorum charitas,
cunctis vt deſeruirem. Oli. frater. Rudolphe, nō tam imprudenter
egit Arneſtes: tantū ſi puerſus nō rediſſet. Ru. bene: ſi nō puerſus.
Ar. echo. quid ſi plus conuerſus? Ru. conuerſus ſcelerate? Oli.
nimis vehemens tu frater. Ru. egon? Oli. tu inquā: que loquatur
auſculta ſacius eſt. Ar. immo ſanctiſſime: Domine mi Oliueri om
nia experiri conſilio priuſquā armis ſapientem decet. Tri. per im-
mortalem Deum: Rudolphe nimis tu furioſus. Ru. ſileam. Tri. ſic
ſuadeo: Domine Oliueri tu aduenam exerceas. Oli. faxo. mi Arne-
ſtes que cauſa imo te potius dementia inceſſit religionē deſerēdi?
Ar. Poteſt ne hic frater tacere? Oli. poteſt. Ar. difficulter. Oli. hui
p̄t. Reſponde oro. ſcin ꝙ quandoq; ex re minima: exili principio
firmiſſima conflatur ſocietas? Ar. ſcio: niſi factū immutet religio.
Oli. Immutet nuſquā, mortales ſumus: hac infima orbis religione
peregrinantes: Pari miſeria & conditione militantes. Sic nil ho-
minum ſpecies et rerum diſcolor vſus, trahit ſua quemq; volūtas
ne ergo vereare tu Arneſtes, nam verba ego tua equo feram limite
& iudicio gratioſo. Ru. hui. bona verba queſo. Oli. Potin tacere
tu frater? Ru. fiat. Ar. et ſi loqui vereor nulli hoc veſtrū mirum
eſſe cenſeo: tanta eſt eñ & Rudolphi vehementia, & mea reſpōſio
imp̄meditata, vt tue manſuetiſſime virtuti quid boni dicā penitus
ignorem. Sed hoc ſuadeo vos vna iocundamini, cenātes quiete-

¶De liberalitate hoc vero in
fra vouerim & iuuerim, quia
Rudolph9 liberaliſſim9 exti-
tit in Arneſtē De liberalitate
vera & iuſtiſſima aliquod dice
re neceſſariū videbitur. Vera
igit̄ liberalitas aut fit in ami-
cos & fautores, aut ī paupes
Si ī amicos aut fautores tūc
ſuā recōpenſam habet inter
eoſdē. Si vero in paupes ei fit
retributio apud Deū ſcilicet
in retributōne iuſtorū: quare
carius & vtili9 ac ſalubri9 vo-
candi ſunt & rogādi paupes
ad conuiuia noſtra, quia nos
oēs vni9 dñi ſerui ſum9 licet
indigni, vno p̄cio redēpti: pa
ri cōditōe mūdū ingreſſi & ex
ituri, ad vnā b̄titudinē tendē
tes. Quare igit̄ tu diues pau
p nō tecū accipiat cibū q tecū
acceptur9 eſt regnū: qre paup
nō tecū accipiet veterē tuni-
cam qui acceptur9 eſt tecū in
mortalitatis ſtolam? Sic qre
paup nō mereat̄ panē tuū ac
cipere qui tecū meruit accipe
baptiſmi ſacramentū? Et cur
paup nō tecū reliquias capiat
Ciborū, qui tecum tranſit ad
gaudium Angelorum.

Initium Argumenti.
vts mi Rud. pauciſſima

Item Non eſt religio in orbe
que plus p̄dicet de Charitate
q̄m religio noſtra Criſtiana:
et non eſt populus minus eā
ſeruans. Hoc precepto bene
maior factus eſt ſicut minor:
quia nullus vel rariſſimus ſer
uat eandem.

craſtina ad ſingula recollect9 reuertar.Oli.quid ſi non reuerteris?
Ar.data fide reuertar.Oli. vade feliciter reuerſurus: tamen ſeruos
hic tuos manere indulgeas.Ar. me fiat conducto.Oli. Per noſtrã
fidem Rudolphe nullus es:hũc bonum virum & aduenam ꝙ tan/
tis iniuriis afficere conaris: rem omnẽ verbis mãſuetis q̃m cõtu/
meliosis expiri vt illius.Familiaris hic noſter amic9 Triphon ſane
quã vehementiã in hoĩem exercueris intelligit.Ru.tibi dico frater
in vos ambos veritus fuiſſem vnguib9 in hoĩem irruiſſem.Proch
deũ immortalẽ q̃nta dulciſſima & paterna in cũ ſceleſtũ & ꝑuerſũ
ꝓditorẽ contuli bñficia:eũ puerulũ educaui/iuuenẽ voui/iuui/&
literis liberalibus tradidi ꝓpriis expenſis imbuendũ.En oĩa ꝑdita
& damnata.Oli.eia frater/Is non erit computus : putan ingratus
ac immemor ſi et bñficiorum? nõ equidem/ ſingula eñ cogitat &
ponderat/ & ni põderaſſet tuorũ in ſe beneficiorũ magnitudinẽ/
illatis ſibi a te iniuriis credito reſpondiſſet.Omnia tamen ſuſtulit
pacienter.Tri. verũ vt fatear Rudolphe: domin9 Oliuerius refert
oĩm rerũ cauſas/exituſq inueſtigari/prius homo qui habet ſalem
conatur.Sic licet in pñti. Arneſtes/ vti tu ais/ hõ ingenioſus atq
eloquẽs eſt:quod & ipſe vidi/nõ dubium quin craſtina placidiſſi/
me reſpondeat:ita ꝙ nemo noſtrum ei aduerſetur.Oli. credo equi
dem non ſine ſtudeo graui venturum:plura vidit/audiuit mira/&
quia eloquens eſt/mira inaudita ꝓfitebitur .Ru. quantum audio
difficilis vobis labor videtur ſuꝑſtitioſis reſpõdere queſtionibus:
Beſtiã audire latrantẽ/cui ꝓditori felicius/ſi natus nõ fuiſſet.Ab/
negauit ꝑ quẽ ſaluamur/ & ſecula ꝑ ignẽ iudicãtur/ Dñm noſtrũ
Ieſum Chriſtũ in quo eſt ſaus vita & reſurrectio noſtra.Oli.Non
ita cordi rem frater accipias:hoĩem audiemus/qũo ſi verbis cepe
rimus equo plerũq iudicio ambulabim9 : & forſan ipſe cõuerſus
cõuertet notos ſuos/num opus melius excogitari pt? Ru. vtinã.
Miſereor eñ hoĩs.Oli.aliquid fiet/boni eſto animi/ Triphonẽ ad
id opus ꝑficiendũ aduocatũ habebim9.Ru.faxit hoc deus.Vadã
& aduocandũ Balbum ex aduerſo oratorẽ virum multarũ rerum
expertũ:certe oꝑa eius fruendũ erit.Oli.vade vt cras veniat ad ho
ram. Ru. eo. Oli. q̃m mutatus o Triphon frater Rudolphus/q̃m
dure ceruicis obſtinatiq capitis fuit/& iã mollis flexibiliſq appa
ret.Tri.rei ſeriẽ magno ꝑ̄ſtulor deſiderio:Noua afferet nõ dubito
Arneſtes.Oli.bñ ſentis/virtute multa erit occurrendũ: ſed eccum
fratrẽ de domo Balbi egredientẽ/quẽ nũciũ feret audiem9.Frater
quid fers? Veniet cras Balb9? Ru.Lubens. Oli. ergo iam cenabi/
mus/Triphon aſcende/tabulam & Iocundemur.

Item ſicut Gratitudo vna eſt
& quaſi maxima virtutũ ſic in
gratitudo oĩm viciorũ eſt ma
ximũ.Iraſcit̃ enĩ Deus ſpeci/
aliter contra ingratos : vt in
principio cõtra Luciferũ: cõ
tra Adam zc. Sic etiã iratus
Salomoni quia in mulierũ cõ
placentiã deos alienos ado/
rauerat.iii.Reg.xi.c.Sic ira/
tus eſt dñs cõtra iſrael & tra
didit eos in manus Azahel re
gis Sirie.iiii.Re.xiii.c.Ita ira
ſcitur Deus contra ingratos
ſua beneficia nõ recognoſcẽ/
tes. Sed peiora mala accomo
lantes/taliter irat9 eſt dñs cõ
tra Amaſiam regem Iuda qui
dei auxilio ſuꝑauerat Idume/
os:Et infamatus attulit deos
eorũ adorans eoſdẽ.z.Para/
lip.z5.c.Sic etiã ſeru9 nequã
ingratus cui dñs tot dimiſe/
rat eorũ omniũ beneficiorũ
oblitus/noluit cõmiſereri cõ
ſeruis ſuis /ex tali ingratitu/
dine traditus eſt tortoribus
donec redderet vniuerſũ de/
bitũ.Mathei.18.c.Et hoc cõ/
tra ingratos/ a qua ingratitu
dine penitus excipitur hic Ar
neſtes.ibi Putan ingrat9 ſit?

¶ Drama Tercium

Arneſtes	Oliuerius	Rudolphꝰ	Balbus	Triphon
apoſtata	Doctor	Laycus	Hiſtoricꝰ	Phiſicus

Ar. Hodie rei quid fiet pueri excogitare nequeo: cõcurſus magnꝰ
eſt añ edes Rudolphi/q̃ſi hoſpitũ familie ni fallor Rudolphꝰ. dira
q̃qꝫ in me molietꝰ: en ſuos ſuſurrãtes/q̃ſi mõſtrum veniat: Eia/Dii
bñ vortant. Oli. Frater echodũ: quid putas veniet Arneſtes? Ru.
nõ credo. Oli. quáobrẽ? Ru. Veretꝰ. Oli. minime gentiũ: eccũ ipſũ
cum puerorũ catherua veniẽtẽ. non heſternꝰ hõ ſed nouus eſt/&
ſumme ornatꝰ. Ru. Vbi mi frater? Oli. Reſpice. Ru. hui hui. Qua-
lis veſtitꝰ: q̃ catherua? Oli. veſtitus eſt ſericus/cõmitãtes ſerui ſunt
Ru. Per noſtrã fidẽ prudẽti cõſilio actũ/ nos ſcilicet doctores hr̃e
aduocatos. tu interea eoſdẽ admoneas/obuiã ego pergã. Oli. nõ:
Quia hoĩem cõmouiſti: tu hos ſolicitato/ egoipſe deſcendã. Ru.
bene. Preſtãtiſſimi viri Arneſtes potenter venit/pompoſe ornatꝰ.
Non etiã dubito vti p̃dixit ſũme recollectꝰ. ſitis amoniti/eloquẽs
& facundiſſimꝰ eſt. Bal. orſus/Hoĩem audiemꝰ: accerſi Oliuerium
Ru. obuiã perrexit. Bal. optime. Oli. diſertiſſime mi Arneſtes copi
oſe et ornate venis: bñ tranſeas. Ar. ſic facundũ erat: ſis ſalꝰ. Oli.
& tu: Echo aſcendamus preſto. Ar. fiat: i preſequar. Oli. non faxo.
Ar. eas. Oli. Iucundiſſimi viri: hominẽ hic expectatum adduco. Ar.
ſaluete obſeruãdiſſimi. Tri. Amice te patrias applicuiſſe ſedes fe-
liciter pleriqꝫ gaudent. Ar. Gratias habeo/ſitis cooperti: nõ opus
eſt feſto. Tri. cõſedeas ergo. Ar. fiat. Oli. mi Arneſtes vt rem pau-
cis agamus/dixti ne ad ſingula te recollectum reuerſurum hodie?
Ar. dixi. Oli. probe. Aduocati hic noſtri oris tui facundiã affectãt
Ar. Ach ach ech/balbucientẽ. Oli. non ita/ſerio ego loquor. De
raptu tuo/vita nutrita philoſophorũ ſitu: ac Religiõis diuerſitate
que tu ꝑpeſſus & ꝑluſtratꝰ es oĩa/& nos omẽs audire deſideramꝰ
eloquere: remqꝫ gratã facies rogitanti. Ar. Quid de iurgiis heſter-
nis? Oli. nil equidẽ: nos ſufficiẽter inſtructi tm̃ perge rogatus. Ar.
faxo. Hinc me ante ãnos ſeptem arreptũ furtiue ꝑ mare a piratis
raptoribus & in Aſia cuidã opulentiſſimo ciui viro benigniſſimo
venditũ: Inde cum eodẽ mox ad Scitas ſeu Tartaros migraſſe exꝑ
tum eſt Vbi tam liberaliter ſeruiui eodẽ/ vt anno vno me ſeruum
manumitteret. Sic manumiſſus ego lr̃arum conſcius in Imꝑatoris
curiam/tum ꝓpter ingenii nobilitatem (vt cuncti putarunt) tum
etiã patrie diſtantiã/receptus: Vbi ꝑ annos duos circiter degi: ibi
que viderim notatu digna ꝑbreui ſermone abſoluã. Oli. perge q̃ſo
potiſſimũ. Ar. Et hoc factũ ãno Chriſti Milleſimo q̃dringẽteſimo
et ſcd̓o/ quãdo Perpotẽtiſſimus omniũ Rex et Imꝑator Partorũ

Orſus italicũ verbum eſt/et ibi ꝓ aduerbio ponitꝰ tantum valens ſicut bene eſt: ſtat ſententia. vel ſimiliter.

Facũdiã affectãt. quaſi diceret: ipſe Arneſtes/nõ laudes in vita hoĩem/ ſed lauda poſt facti cõſumatõem & poſt vitã Nam duplici ex cauſa vtilius eſt memorie dare laudem q̃m vite. nam in vita aut adulatio nocet laudãti/ aut tentat elatio laudatum. Igitꝰ lauda poſt ꝑiculũ/p̃dica ſecurũ/ felicitatem lauda nauigantis ſcilicet dũ venerit ad portũ/ſic lauda ducis virtutem ſcilicet dum fuerit ductꝰ ad triũphũ infra

Argumentum.

Quis enim viuẽs tutus et ſine trepidatõe laudari poteſt quide p̃terito meminit ſe habere quod doleat. & de futuro ſibi ſemper ſupereſſe videt quod timeat? quis igitur hõ in hoc corpuſculo poſitus debet ſibi quicquã vt infra.

Victoria Tamerlanis Re-
gis Tartarorũ cõtra Tur
cos et Saracenos.

Hac vita de meritis vẽdicare.
quorũ iterũ vitam occulta de
monũ velut latronũ obſidet
multitudo: quibus meritis p
omẽs vias ſupplãtores inuiſi
id eſt ipſi dyaboli animarũ la
queos tẽdunt/innumerabiliũ
mortuũ expaueſcẽdos: quare
et nõ ſine cauſa patriarchalis
ille heremita Sanctus Antho
us exorſus ẽ dicẽs: quis iſtos
euadet laqueos? & audiuit hu
militas / que ſcilicet laudem
humanã non requirit.

Iſte apparatus correſpon
det ſupiori

ſiue Tartarorum. Tamerlanes Baizaitem Turcorũ Potentiſſimũ
Regem & dñm ex obſidione Conſtãtinopolitana in Armenia ſibi
occurentẽ mirabili apparatu ducentis milibus ab vtraq; partium
ceſis et interfectis ſuperatũ viuũ cepit: canisq; in modũ ferrei erga
ſtuli incluſum p totã Aſiam circũtulit. q̃ ipſe potit9 victoria inter
alias ſuas ſtrages innũerabiles Caphan Ianuẽſiũ vrbẽ validiſſimã
in Thaurico Cheroneſo ſitam obſedit/ deuaſtauit: omibusq; ſine
miſericordia vrbis eiuſdem Ciuibus occiſis: atq; equeſtri exercitu
calcatis/penitus cõbuſcit et in puluerem cõuertit. Eo tempore mi
præceptor. Oliueri. Dominus meus cui venditus fueram(neſcio
quibus negotiis intentus) Domini Imperatoris Tartarorũ curiã
migrauit: vbi fortuitu Calimachus quidem nomine et Ianuenſis
Greci et latini eloquiorum interpres et orator excellentiſſimus a
domino Imperatore licenciatus et repulſus receſſerat/quo facto:
dominus meus ſingulare forſan lucrum inde ſperans conſequi/
Imperatorie maieſtati me vti latinum donodedit Vnde manumiſ-
ſus ego tanto principi obſequioſiſſime ſtatui deſeruire. Ru. et tu
ibi ſcilicet? Oli. Sileas in nomine domini: Num tu inſanis. Ru.
orſus ſileam. Oli. Non tu curato Arneſtes hominem/Incepta pro
ſequere. Ar. Lubens. Demum quia incredibilem et inuiſam indies
vidi et perluſtratus fueram huiuſmodi maieſtatem et indomitam
virtutem ac potentiam/cogitaui omnia breui inueſtigari/pſertim
cum ſors dederat me latinum eſſe interpretem Imperatorium. ſic
omnes Curiales ſingularibus(etiam contra mẽſurã nature)fauo
re et beniuolentia me proſequebantur. Iuuit tamen me ſingularis
aſtutia: qua me aliis curialibus etiã ſclauis humiliorẽ ſimulaui: et
quãto magis id faciebã: tantoplus diligebar/et dulcius tractabar.
Interea diligẽti9 et Anno primo pſertim: didici ydeama Tartaricũ
quo oẽm eorum potentiã / Ritum et Sectam diligenter perſcruta
tuſſum. Bal. Non eſt res in mundo o Triphon me magis oblectãs
q̃m incepte ſeriem narrationis et terminũ expectare. Ar. quomõ?
Bal. Ne curato Arneſtes/ prius inaudita a nobis miramur vehe-
menter: igitur incepta enucliare. Ar. faxo. Oli. ſpecta Obſecro:
Rem omnem per ordinem narra aperte et breuiter: videlicet. Ori-
ginem populi: Naturã: Situm: & Sectam eiuſdem ac vltimo Po-
tentiam. Ar. fiat. Circa annum Chriſti Milleſimum ducenteſimũ et
duodocimũ indifferenter exiuiſſe quẽdam Perſam Dauid nomine
ex Indie montibus in Mongal Tartarcam terram que affinis eſt
Indie vt ex plurimorũ relatu pcepi: demũ terrã eandẽ & alias de-
uictas Regiões ſub onere graui & ſtricto tributo affeciſſe: et tãto

Origo Tartarorũ et occi
ſio Regis eorum Dauid

India maxĩa Regio eſt & oĩm
opulentiſſima plurima regna
cõtinẽs que quondã tercia ps
mũdi dicebat̃ & p maiori pte
fidelis ẽ & eccleſie noſtre Ro
mane ſubiecta. Eius vero impator et oĩm Regũ eiuſdem dñs et Princeps pſbiter Iohãnes appellatur/&
Patriarcha Indanus: quaſi ſecũdus papa ſed pontifici Romano obediens: quã obedientiã oſtendit pſona
lem Calixto pape. 2. in publica audientia Rome cum maximo cõmitatu ſuorũ. Hoc geſtũ eſt Anno dñi. 1.
c. 2. Et eius parent impio in India Reges. 72. et Archiepiſcopi. c. et. 32. Aliorũ principũ infinitus eſt nu-
merus. Facultas aũt dicti pſbiteri Iohãnis et Maieſtas eſt ſupra omnes diuicias mundi. Et hic eſt Titul9
eiuſdẽ ſcilicet Iohãnes virtute dei & miſericordia dñi noſtri ieſu chriſti/pſbiter: Rex regũ et dñs domi-
nantiũ. In medio eius & noſtrorũ ſunt Turci Saraceni et Tartari: quare diſtantia eſt magna et via picu-
loſiſſima. Hui9 Patriarche ſubditus erat etiã ſupraſcript9 Rex Dauid tunc dominus Tartarorum.

rigore:ꝙ gens illa tum ex tributi exactōe: tū etiā ignata eorū mali
tia in ſimul & tacite eorū duce & inſtructore Cingiſtā noīe conſpi
rarunt. Et raptim omībus inſil' cōiuratis Victrici manu populo in
binas ꝑtes diuiſio Regnū dñi ſui Dauid morte inopi nato locuſta-
rum inuaſerunt. Et dñm ſuū Dauid eorū inopinatā violentiā fugi
entē cum oī familia generis ſui(dempta vnica filia eiuſdē) mēbra
tim ſecātes/necnō & oēs vtriuſq; ſexꝰ a puero vſq; ad ſenē penitꝰ
occiderūt. Filiā vero Cingiſtā q fuit auctor ſceleris: de q̄ filios duos
genuit duxit vxorē. Is quo faciliꝰ optata conſeq̄ret: tria ipſis vitia
vitāda pſuaſit. ſ. Adulteriū: mendatiū & furtū. qbus hanc gentē in
uolutā: ſepiꝰ aduerſa ſufferēdo. Iuſto dei iudicio magnis tribulati
onibus antea fuiſſe afflictam p̄dixit. Inde p̄dictus Cingiſtā ab his
Indie mōtibus egreſſus magnas regiones & terras depopulatꝰ ſibi
ſubiecit & aſſecutꝰ ē. Et inde aliis diuerſimode geſtis añ & in pñti
ad Merchitas iuxta tartarorū terras poſitas vincēdo ꝓceſſit: Inde
ꝓtendēs cōtra Metritas pugnā exercuit: & illos deuictos obtinuit
Demū aliis variis & mltis regiōibꝰ obtentis(quorū noīa recitare
ꝓlixū eſt)in Tartarorū ducē regē et Imꝑatorē electꝰ atq; receptꝰ
eſt Quod factū eſt kythaorū Imꝑatore ab ipſis priꝰ deuicto & oc-
ciſo: Poſtea vero occiſis regibꝰ/regnis obtētis: in terrā ſuā reuerſꝰ
dinoſcit. Et hoc ad originē mō eorū ſufficiet. Natura autem eorū
Cupida: auara: ſinglaris: mirabilis ē & pleriſq; odioſa. Sūt eñ Tar
tari ſiue Mongali ſic dicti: naturalr hoīes turpiſſimi: plerūq; parui
oculos groſſos hñtes: latas facies ac frontes: & naſos palatos. ſūt
etiā inberbes/ excepto ꝙ in ſuꝑiori labio raros hñt pilos: & omēs
ferme ſtature ſūt mediocris. raſuras faciunt mirabiles & raras qui
bus ipſis cōueniūt q̄ſi oēs/quos ſuo dñio ſubiugarūt. Diſcūt eñ
oēs a pueritia eqtare poſt armēta currēdo equorū & aīaliū. Nā in
brutis & feris ſunt potentiſſimi ipſis mirabiliter ſuꝑabundātes: &
pauciſſimi ꝑ pedes militāt/qa ſtatura ſunt parui & tibias breuiſſi-
mas hñt. Agiles tñ et abiles potiſſimū. Mulieres vero eorū turpiſ-
ſime ſunt/equitant ſicut viri: & equi earum multū ſunt diſciplina-
biles/magni laboris & freq̄ēter caſtrati. Et ipſe mulieres p̄ſertim
magnatorū ſunt arrogātes & magnis pompis gēmarū Auri & ar-
genti/pariter auctoritate virili pociunt. Loquunt autem Tartari
modo clamoroſo/et interrogatiuo: cantātes mugiūt vt thauri: et
vllulant vt lupi. turpiſſime bibunt velut equi/ potum in gutture
traiciunt. In tentoriis ſemꝑ habitāt & nō in villis: nec vrbibus: in
luctatōibꝰ delectant & ſagittatiōibꝰ tanq̄m ſuis gaudioniis & ex-
ercitatōibꝰ potiſſimis. Criſtianis debiliores ſunt corꝑe venatores
mirabiles: ordinati ac ferati. Ad venandū pergūt/ita ꝙ aīalia vena-

Trium vitiorū Tartaris a Cingiſtam diſuaſio

Natura eorum

Mongal verū nomen eſt regionis Tartarie. Sed tartaria vocat a fluuio ibidem fluente Tartar nomine Inde Tartari Mongali dicuntur

Exerticiū eorū equitandi

Conditio mulierum.

Habitatio eorū extra vrbes in campis & tentoriis

De his moribus eorū vide in Vin. ſpe. hiſt. li. x. et. c. 88. ꝛc. Et de aliis diuerſimodis gentibus in capitulis ſeq̄ētibus ꝑ totū/ et p̄cedentibus ꝑpul-
cra. ac ſequentibus/ibi/populi non tantū qui carnibus humanis veſciātur/ſed etiam parentū ſuorū/non ſunt tñ Tartari ſed alii. ſcilicet in. c. 90. partis prime. Et id ſanctū eſſe arbitrantur.

De ſimilibꝰ populis qui tali mō vixerunt in veteri teſtamēto vide ꝓphetā Ieremiā/35. c. per totum Et hi populi Rechabite vocabantur et tali modo quia obedierūt voci patris eorum Ionadab/ id factū eſt ipſis in honorem magnū apud deum ꝛc.

tica ante ſe ducunt fugando. Ipſiſq; aīalibus in locū aptum et pla
citum coactis/ea ſagitis feriunt & capiunt:etiā viliſſime comedūt
panē nō hn̄t nec curant/menſalibus nō vtuntur nec manutergiis:
et manibus edunt illotis. Nunc ad ſitum eorum pgamus opepciū

Situs eorum

eſt. Situs eorum eſt a Septendrione vſq; in orientem longe et late
diffuſus/populo et ſpoliis allectus: oīm potens et ſupbiſſimus.
Tante em̄ ſunt Tartari arrogātie q̄ dn̄m Impatorē ſuū Cham id ē
filiū dei appellant:& oīm aliorum odioſiſſimi ſunt/& neminē niſi

Secta eorum et Religio

ſeinuicē diligētes. Secta vero eorū et Religio facilis:falſa:et nobis
plerūq; eſt odioſa. Credunt tn̄ vnū deū tam viſibiliū q̄m inuiſibiliū
factorē/& tam bonorū in hoc mūdo & alibi q̄m penarū eſſe dato-

Idola Tartarorum vulgariter Dattarmam

rem:nec tn̄ oratōibus vl̄ laudib9 eundē venerari conātur. Nihilo-
minus etiā hn̄t Idola quedā de filtro ad imaginē hoīs cōfecta qb9
imolando varia obſequiorū ſacrificia oſtentāt: hui9 rei verū vetus
et vulgare pu͛erbiū ſiue exemplū apud nos hētur. ſ. hic terminus
Datterman.i.vir ſiue imago Tartarorū/vti etiā vulgari9 Docken

Ignem/ et hoc non ſine cauſa quia tanquā ſuū principiū a quo animi hominū ſuā naturam trahūt. iuxta Somnium Scipionis ſupra in epiſtola p̄ma Sic ſpūſſanct9 ſedit ſuper apoſtolos ſicut ignis ꝛc. Et alia cauſa ac verior mouens eoſdem. Ignem colere habet̄ in Vin. Spe. ſui hiſto. li. I. ca. centeſimo in fine eiuſdem ibi diligentius reſpiciatur:

appellamus. Venerātur etiā ipſi ſolē et lunā et pmaxime Ignem/p
quē oīa purgari oportere vaticinātur: Cum aūt h9mōi ſua Idola
erigere:volunt cōueniunt dn̄e mulieres Baronū/et principum tale
Idolū faciētes/cui varia obſequiorū ſacrificia iuxta ritum ſuū im-
pēdere videtur. De cibariis em̄ ſuis an̄ cōmeſtionē eorundē partē
Idolo offerre noſcuntur: ſil'r de potu facientes. Impatori vero ſuo
Cham vnum Idolum maius ceteris et elagātius faciunt/id an̄ ſta-
tionem Tentorii ſui ponētes/et equos ac Camelos aliaq; munera
maxima eidem offerentes: que aīalia oblata occidunt & comedūt
nullum ex oſſibus confringēdo/ ſed igne omnia cōburunt. Huic
etiā idolo ad meridiē locato ſe omēs inclinant. Preterea Nichaelē
magnum ducē Ruſchie ad idolum Cingiſtā ſe inclinare renitētem
crudeliter occiderūt. quos et alios ritus diuerſimodos magna ob-

Quomō venit Cingiſtam ad montes Caſpeos/et inde repulſus

De his montibus vide Vincē li. I. c. 54. et ſequentibus.

ſeruare diligentia nituntur. Vt autē de plurib9 & maximis pauciſſi
ma inſerā. Cū p̄dict9 Cingiſtā a Caſpiis mōtib9 repulſus in terram
ſuā reuerſus eſſet/varias leges tulit et Statuta hec ḡnaliora. Quo-

Precepta eorum et Statuta generaliora.

Plures & pricipaliores legumlatores ſcriptura cō memorat. ſ. moyſē apud hebreos. Eoroneū grecū Mercurium Trimegiſtū Solonem Atheniēſem Liguriū lacedemonienſ. Numapompiliū Romanum. Nouiſſime omniū diuiniſſimū legiſlatorem noſtrum Ieſum nazareuū. Et inde ſeductores legum corruptores/pphetas falſos/Angelos ſathane. ſcilicet Machometū et predictum Cingiſtam Ducem et Imperatorem Tartarorum hominem ſceleſtum et dyabolicum

rum primū eſt. Quicunq; in ſupbiā elatus p̄pria auctoritate abſq;
Principum electione ad ipſum Impium aſpirauerit Is ſine miſeri-
cordia occidatur. quare Chimichā nepotē Cingiſtā id nitenrē oc-
ciderunt. Secundum eſt Vt ipſi Tartari amodo habeāt et affectēt
ſibi vniuerſum orbē ſubiugari. Nec cum alia gente pacem ineant
donec ipſis ſubdatur. Addidit tamen idem Cingiſtam ab alio eos
tempore ſuccedente deuinci debere/et Sectam amplecti eiuſdem.

Diuinationes et incantationes eorum.

Tercium eſt Vt diuinatōibus ſuis ſicut antea augariis auruſpitiis
veneficiis ac incantatōibus (quibus reſponſa demonū recipiūt)

intẽdãt. Quartũ ꝙ ꝑ millenarios/centenarios & decanos/ omnes
eorũ exercit9 ordinẽt & dirigãt. Quintũ edictũ generale eſt & ſta/
tutum Cham/vt vbicunqꝫ capiunt a tartaris vel ſeruis eorũ/muli
eres hoſtiũ ſuorum: quãtecunqꝫ ipſe ſint ab ipſis teneãtur. Et ipſi
tartari vł ſerui eorundẽ ipſis mulierib9 vtant̃ & abutant̃ ad libitũ
tanq̃m in ꝑpetuã ſeruitutẽ redactis. Viros vero captos dẽptis ar/
tificibus penitus occidant. Sunt autẽ tartari hoĩes ſodomitici ad
placitum/etiã cum brutis aĩalibus coeuntes. Sextum edictũ. Qui/
cunqꝫ tartarus quẽcunqꝫ equum & vbicunqꝫ rapere potuerit cũ non
ſit tartari/ſuus erit. Septimũ edictum eſt de viatoribus. ſ. qcunqꝫ
tartarus vel ſeruus eiuſdẽ viatorẽ aliquẽ nõ tartarum ſed alienum
cõprehẽderit/in ſeruum eundẽ habeat ad libitum/etiã data licẽtia
occidendi: dum idẽ reptus mercator nõ ſit et non habens Bullam
impialem licentiariã. Sunt autẽ duo genera eorũ diuerſa ideoma/
ta & vnicã legẽ ac ritum hñtia: vt Galli & Alemani. Fides autem &
ſpes eorum repoſita eſt. Poſt hac viuere eternaliter mundo alieno
& incognito/quẽ deſcribere penit9 ignorãt. Et ibi ad libitũ iuxta
eorum merita reficiant/ malicioſi vero punient̃ maxime Cingiſtã
dei filium (vt aſſerunt) nõ venerãtes. Cum vero moriunt̃ Tartari.
Hunc modum horribilẽ obſuant & vicioſum: Si defunctus popu
laris fuerit Sed diues & abundãs/ tunc portatur funus extra ten/
toria/ ad locum in campis ipſis placitum & electum/ vbi tota ei9
familia clam conuenit/ibi foueã maximã faciunt/Hunc ſepiliendi
ritum vt infra lacius patebit plangẽdo ſup cadauer obſeruantes.
Sepelitur eñ talis cum ſuo tentoriolo in medio ſedens eiuſdem/
menſa vna appoſita cum alueolo carnibus pleno & Cipho lactis
Iumentini/ſimiliter iumento vno. Sepelitur etiã equus ſuus cum
eodẽ: Alium vero equũ comedunt plangẽtes: ſalua Cute/quã feno
replẽtes ſup q̃tuor poſtes ponunt in defuncti ſignũ & exemplũ: vt
in alio mundo equitet ſicut & hic & nutriat̃: Oſſa autẽ illi9 penit9
cõburunt. Si vero Baro ſatrapas princeps aut Comes aut nobilis
eorũ fuerit: ſiłiter faciũt/ niſi ꝙ hoc vnũ ex magnificẽtia apponũt
. ſ. tumulãdo eundẽ/vnum ſclauorũ. i. ſuorum ſuorum emptorum
quẽ moritur9 petierit cũ mortuo viuum in foueã ad pedes defũcti
ſepeliunt inuitum & ligatũ/ equum vero ſupſtitẽ ſalua cute eiuſdẽ
comedunt: & cutẽ ꝑ paruiſſima fila ſcindunt in exẽplum/q̃ntum
hic terre h9mõi filo cõꝑhendere demeritiqꝫ poterit/tm̃ ſpacii & ꝓ
prietatis in alio mũdo defunct9. Idem baro comes aut nobilis cõ/
ſeq̃tur. Hunc ritũ et veriſimilẽ ipſi obſuare vident̃. Hic finis vite
& ſpei eorum voluptas et btĩtudo. De potentia vero et futura eo/
rum deſtructõe nunc dicemus Iucundũ eſſe et oportunũ ducimus

Sodomia eorum. De hoc pctõ zodomitico et pena eiu dem in Vin. li. i. c. cẽteſimo & 6. Et infra eodẽ de cõcubitoribus maſculorũ: vide apoſtolũ paulũ ad Corin. 6. c. zc

exſolutas eicitis. Preſto tunc aſſunt hebree mulieres huiuſmodi
puerum a matre ſuſcipientes & manum ſiue digitos tales pueri a
cute ſiue carne corporis ſoluere neſcitis/Abſq; maximo periculo
corporis & vite/ niſi pueri Chriſtiani infra ſeptem annos exiſten-
tis fuſo ſanguine: quare ſanguinem noſtrum indies affectatis. Et
ſic expertum eſt nullam hebream naſci virginem/ſed corruptam/
& hoc demerito veſtro quia intemeratam dei genitricem Mariam
cuius ſanctitatis & virginalis Caſtitatis nemo mortalium laudes
enumerare ſufficit/ non virginem vos peruidiſſimi Iudei ſed pro-
phanam fuiſſe muliercculam mentientes proclamatis. Hec & mul-
te alie ſunt plage & diffamie veſtre nobis cognite/ quibus inueni-
es vt dixi antea tu qui vir ſis/ bonus ſcilicet homo & ſimplician9
In tantum enim o Samuel tui maiores in dei filium Chriſtum do-
minum noſtrum peccauerunt/ dicentes eum magum/& pro chdo
lor deſtorto natum fuiſſe: omnem veſtram gentem in huiuſmodi
errorē inducendo: hec & his ſimilia proteſtati/donec virū iuſtum
ad iniuſtum Iudiciū adduxerūt crucifigēdo occidētes: hac morte
turpiſſima condemnatū: que ꝑpheta vti. Supra laci9 p̄cinuit. Tan
ti ergo reatus magnitudo tā diurne Captiuitatis veſtre vltra om-
nes preteritas extitit cauſa & origo Et quādiu vos in paterna tali

De hac punitōe Iudeorū īfra fo. primo in margine zc.

Plaga Iudeorum Sanguis eius ſuper nos.

Hanc plagam ego Iohannes Stamler a quodam baptiſato Iudeo docto ī hebreo multū & in latino diſcrete ac in magna ſenectute mult[diuiciis relictis baptiſato audiui & expertus ſum/ dēptis ſcriptur[veris & autenticis: q̄re hic inſerere placuit eadē & multa aliorū iudeorū ſecreta intellexi ab eodē que cauſa breuitatis duxi omittēda/ ſed nullus Iudeorū confitetur.

Cauſam captiuitatis reſpice ad Ro. c. xi. vt dauid induc[illegible] ꝑ apoſtolū vide diligēter per totū capitulū

Cauſa Vltime & p̄ſentis Captiuitatis Iudeorum

Nota alia eſt etiā ꝑpetue eorum Captiuitatis cauſa/quia

vindictā petunt & deū blaſphemāt: quare deus oratōem eorū habet execrabilē & ipis ꝑ ꝓphetā Iſaiā ſine
miſericordia loqtur dicēs: Cū extenderitis manus veſtras auertā oculos meos a vobis/ & cū multiplic[illegible]-
ueritis p̄ces v̄ras nō exaudiā vos: manus enī veſtre ſanguine plene ſunt id ē odio & pctis Vindictā enī in
nos Criſtianos petunt indies ter in maxima ſua oratōe quā efficaciſſimā credunt & ſperant. que legit̄ in
Cefer Theriſaſim idē in tercio/ quā bis Rabi ſynagoge ī die & in publico/populari ter exſtatuto legere
ſiue orare p̄cipitur ſtando/& iunctis pedibus/& nō ceſſare ab eadem vſq; in finem. etiam ſi ſerpens in col-
lum ſuū morderet: que oratio in hebreo Naamin vocatur. Cui9 tenor ſequit̄ & eſt talis. O dn̄e pr̄ noſter
ſpes noſtra nō eſt cōuerſa. Oro vt inimici nr̄i Criſtiani omēs repente diſꝑgantur: et in numerū parū mi-
norent̄ et amplius nō reſurgāt. Et omnes inimici gentis tue Iſrael deſtruātur Et regnū nequitie xp̄iano-
rum eradicet̄ et confringat̄ ac deſtruat̄. fac dn̄e fac comple petim9 in dieb9 nr̄is velociter/quia tu es De9
nr̄ bn̄dict9 frangēs inimicos et deſtruēs impios. Ad hāc orationē oēs audiētes rn̄dent Amen vt ſupra. A

A ſupra. Sed opto in caput
eorũ Et hec trufe & nequitie
ſunt Iudeorũ cũ multis aliis
indecẽtibus malis & puerili/
bus apertiſſime. Addẽtes in/
ſup maledictione Amon. de
quo liber Heſter legit̃ dicen/
tes/ ſicut Cõtritus eſt Amon
in patibulo ſic omẽs inimici
noſtri cõterant̃: Et regnũ ne
quitie Criſtianorũ velociter
deſtruat̃. Item ipſis Chriſti/
anũ occidere minus peccatũ
eſt q̃m ſerpentẽ pedibus cal/
care. Hoc aũt temp⁹ ꝙ deſide
rãter expectãt ſibi aduenisse
dudum arbitrati ſũt / ſcilicet
tpe ſeuiſſimi Iuliani apoſtate
Impatoris/q ipis iudeis licen
tiam dederat templũ reparã/
di/quod op⁹ ſupbiſſime et ar
rogãtiſſime inceperũt hiero
ſolimis. Cirillo epõ ibidẽ pſi
dente & ad id inuito. Sed li/
centia edificandi Iuliani pua
luit vſqꝫ ad vindictã opis in/
cepti diuinã: que vindicta et
quomdo aut qualiter facta
ſit mirabiliter in iudeos & pa
ganos: Vincenriũ vide ĩ ſpe
culo ſuo hiſtoriali lib. 14. ca.
42. ptis ſecunde.

permanſeritis voluntate/tam diu in eadem remanebitis damnati/
onis tribulatiõe. Iſaie primo caplõ: vſqꝫ ad verbum. Quieſcite age
re peruerſe: & Danielis caplõ decimo in fine. Ar. mi pater Oliueri
non tantas fabulas & ſimplicitates/ erroreſqꝫ manifeſtos Religio
Machometea proſeqtur. Oli. ante hebrei veram fidem o Arneſtes
ſunt ſecuti/ ſed eorum peccato & odio in Chriſtum perpetratis/
ſingulari inuidia obcecati/ ipſi & tenebrarum filii in fabulas iam
Talmut & aliorum mendacia conuerſi ſunr: obliti Sacramentorũ
dei & vaticinii Danielis de Chriſto occidendo & reiectõne populi
Iſrahelitici vti ſupra a deo Iudeorum hoc eſt principe Deo noſtro
omnipotente. Sam. rogo igitur domine Oliueri iam me deuicto
& obmuteſcente/ ita pari ſtudio Arneſtem agredere/ vir quidem
ego qui ſim recognoſco. Oli. facerẽ lubens/ ſed reſtant adhuc tibi
pauca o Samuel a me reſoluenda. Sam. que? Oli. euangelica illa
puncta que ſupra intuleras/ne tibi victoriam inde dixeris allatam
Sam. minime gentium: tantũ Arneſtem exerceas. Nam gaudiũ eſt
miſeris ſociũ habere penarum. Oli. iam non penarum/ſed ſalutis:
at tamen obtemperabo. heus tu Arneſtes. Ar. Aſſum. Oli. quomõ
ſtat preceptor tuus Samuel? Ar. neſcio. Oli. hui neſcis? nõ defen
ſor tuus: quid taces? iam ferto patrocinium: vti antea ipſe tue at/
tulit voluntati. Vt autem te quoqꝫ ſentiamus deuictum atqꝫ deſpe
ratum dic nobis amabo: tuus qui vir ſit Machometus? Ar. dictum
puto. Oli. imo & verius adhuc dicendum. Ar. dic pater. Oli: faxo.
vt autem cognoſcas quid in apoſtotando pfeceris: vel quo diuer
ſus fueris animo pio & diligenti penſato: Audiſtin Gregoriũ ma/
gnũ in quadã Omelia. Cuius vita deſpicitur reſtat vt eius predica
tio contemnetur. Ar. audiui: & cui dubium. Oli. ſapienter. Sed

Reprobatio Machometi

Machometus tuus plerumqꝫ eſt clamatione reprobatus/ergo zc.
Ar. nego quidem. Oli. eſt inquã. Ar. quibus? Oli. furtis: latrociniis
Crudelitate: Impudicicia: Vaticinio fabularum/ plenuſqꝫ menda
ciis & mortis conſumatione eiuſdem. Ar. dic obſecro. Oli. dicam
probatiſſimorum virornm etiam Saracenorum relatiõibus: tunc
temporis compertum eſt/ ꝙ primo tempore prophetie eiuſdem:

Furta eiuſdem.

Dum ipſe Machometus veniret ad Ciuitatem Mecham inueniret
qꝫ ibi hominem Camelum habentem/ abſtulit ſibi eundem: quo
beneficio ita ſue predicationis primordia dedicauit: quare ode/
rant eum valde Ciues de Mecha/ quia latro: fur: & peſtifer eſſet.
Preterea abiit ipſe Machometus in Ciuitatem quandam deſtru/
ctam pro maiori parte a Iudeis paupibus inhabitatam: quã ingreſ
ſus volens oſtẽdere iuſticie ſue regulam modũqꝫ pphetie cuiuſdã

carpẽtarii pupillis domum abſtulit⸗ et eandem Melchidiam id eſt Eccleſiã ſuã fecit⸗ibi ipſe & coetanei ſui varia furta & homicidia contra illos de Mecha ac alios q̃mpl̃es ꝑpetrarunt Nõne hec o tu Arneſtes bona & felicia tui prophete primordia? Ar. Facili hoc ſtrepitu repellere queo. Primo ſcilicet vnde dicitur Saracenus a Sara matre⸗igitur filius libere. Secundo: num propheta acceptus in patria ſua? vti Chriſtus in hieroſolimis acceptus fuerat a pleriſq;. dicunt enim quod volunt. Oli. ſed nec communis fama omnino perire videtur. Ar. orſus quomodo tunc de Criſto tuo⸗non ne tota hieroſolima aduerſus eum commota fuit⸗quando ſcilicet? ergo a pleriſq; reprobatus extitit. Oli. nego conſequoniam Ar. quomodo conſequoniam? irrides? Oli. maxime quia minime Chriſtus dominus noſter reprobatus extitit: O tu ſtulte & tarde ad credendum: neſcis ꝙ ipſa hieroſolima paucos poſt annos commiſſi: penam ſceleris & vindictam condignã ab ipſo Chriſto Saluatore noſtro antea predictam ſub Tito et Veſpaſiano Imperatoribus ſortita eſt. quare piiſſimum Ieſum. Luce decimonono capl̃o ipſam Ciuitatem cõmiſerãtem defleſſe dinoſcitur. Qđ autem ipſi de Mecha quid ſimile (quia nephãdum illum prophetam & potius Antichriſtum veſtrum inuiti & compulſi receperunt) fuerint perpeſſi penitus ignoratur. Sic hec pauciſſima de furtis & tali opinione modo ſufficiant. Crudelitas vero eius que fuerit hoc facile conſiderare poteſt. ꝙ idem Machometus Edictum conſtituit vt ſi quis ſuis maleficiis contradicert: vel aliquo reprehẽderet eadẽ⸗ſtatim per ſuos ſiue vigilans ſiue dormiens etiam proditorie iugularetur: vti ſenem quendam Iudeum tanq̃m ſecure dormiẽtem in lectulo ſuo Machometus (quia dogma ſuum contemſerat) iugulari mandauit. quis vnquam prophetarum iuſtorumq; hominum huiuſmodi facinus perpetrauit? Vnde ergo illi prophete tuo o Arneſtes niſi dyaboli ſuaſione) qui primus proditor extitit & homicida) id facinoris ineſſe potuerit? Ar. verum domine Oliueri⸗ita ſi factum fuerit. Oli. fuit & eſt inquam⸗ hec & his ſimilia⸗que ſi per longum dicerẽtur audientis animũ plus & fatigare poſſunt & offendere⸗tamen ne hiis excerptis tantum & pauciſſimis inſiſtere videar maiora aggrediar neceſſe eſt: ſcilicet de Impudicicia eiuſdem que & q̃lis fuerit cõſiderato. Dicit em̃ in ſuis documẽtis oĩa impudicia repletꝰ beſtialis ille ꝓph̃a tuus: renibꝰ hãc ſuis gratiã a deo collatã: vt q̃draginta viros ĩ coitu potẽtiſſimos faciliter libidĩs fortitudine q̃at ſupare: q̃re ſibi (vt s̃ Balbus cõmemoratus

Vnde dicitur Saracenus. et Agarenꝰ. Item Agareni ſunt Criſtiani falſi baſtardi & renegati⸗baptiſant enim non tamẽ forma noſtra.

Vt Luce Capitulo. 19.

De hac deuaſtatiõe hieruſalẽ Joſephus Iudeus legat. quoniã ſimilis illi deuaſtatio nuſquã legitur. Captiuati enim fuerũt. cc. & 15. milia Iudeorum. xxx. milia venditi. xxxv. milia ſe mutuo occiderũt⸗et murus hieruſalẽ aſcendi non poterat pre cadaueribus. plurimi enim in Iordane ſubmerſi et alias ꝓpter aurum excoriati fuerunt.

Crudelitas & homicidiũ.

¶ Nota nos Chriſtiani fi[l]ii libere dicimur & hac libertate xp̃i [q]ua nos re[d]emit. quia [a]blatũ eſt re[g]nũ filiis et [d]atũ eſt exte[r]is id eſt gen[t]ibus credẽ[ti]bus hoc ẽ [n]obis quare [fi]lii nos libe[r]e dicimur ĩ [C]hriſto

De impudicicia prophete eiuſdem.

Impudiciciã incõtinẽtiã ſiue luxuriã multis viciis & criminibus dediſſe incitamẽtũ cõpertum eſt: & ꝑcipue homicidium. Primo nã ꝓpter violẽtiã diue filie Iacob ex Lya Sichem & Amon cũ habitatoribus Ciuitatis occiſi ſunt. Geñ. 34. Amon ꝓpter violentiã ſororis ſue Thamar ab Abſolone occiſus eſt. vt patet. 2. Re. 13. c. Propter Berſabeã pulcrã Dauid Vriã interfici practicauit. 2. Re. 11. ca. Propter luxuriã Troia deſtructa eſt et totius Grecie proceres in Menelao rege nephandum dedecus ꝑtulerũt. Vnde puerile illud dictum egreſſum eſt Adam: Samſonẽ: Lot: Dauid: Salomonẽ. Femina decepit quis modo tutus erit.

eſt) licentiã et libertatẽ traditam a deo mentitus/ ſcilicet coeundi
cum aliorũ vxoribus ad placitũ ſuũ / vt viros generaret ꝓphetas
& virtutes. Hec ſunt Arneſtes tui ꝓphete merita & dyabolice hu/
iuſmodi religionis Sacramenta. Ar. per miſericordem Deum que
refers: talia me nunquã audiſſe recordor / quoniã ꝓphetarum &
maximus & glorioſiſſimus habetur. ſecus autẽ a te pater Oliuerii
percipio. Oli. & ad huc predictis deteriora intelliges. Dicere in/
quã poſſes non quis dicat ſed quid dicatur attende: quaſi ꝓphe/
te non vita: ſed doctrina eius reſpiciatur. Compertum eſt autem
priſcorum Codicibus: ꝙ nemo prophetarũ dignitatem vel nomen
niſi diuturna vite ſanctitate ꝓbatus obtinuerit: quantũ vero ſan/
ctitatis maturitatiſq;. Idem propheta tuus fuerit conſecutus con
ſiderato. Sane fabulas attende ad libitum ſuum compoſitas/ qui
bus nulla ratione credendũ: cum hoc a quolibet fieri poſſet de fa/
cili/ quare ipſe in ſuis cõmentis eſſe mendax comprobatur. De fu
turis autem ꝙ nichil dixerit nec te ipſum o Arneſtes latere puto:
maxime cum in ſcriptura ſua nil pene huiuſmodi inuentum ſit.

Dignitas atq; ꝓbata facultas prophetarũ.

Vnde etiam quantum ad futura a prophetarũ gratia excluſus: nec
ſignis: nec miraculis: nec prophetia: nec pariter vita inter ꝓphas
merebitur numerari. Nam illud totum quod quaſi predixiſſe vide
tur/ ad nihil aliud nos cogit niſi vt dicamus eum ita mẽtiri de futu
ris: vt dixiſſe de preteritis probatus eſt. De ſignis vero & miracu/
lis ꝙ non ſint illa data ei a deo ipſe ſibi teſtis eſt: A deo ita ſibi di/
ctum profeſſus: ſcilicet Si ſciremus (ait Deus) o tibi Machomet

De fabulis eiuſdem.

eos non credituros/ ſicut nec aliis crediderunt: ſigna & prodigia
tibi daremus. De fabulis vero eiuſdem confictis auſculta/ ex quo
eum tam philoſophicis rationibus quã etiam diuinis auctoritati/
bus ab omni prophetali gratia extraneum eſſe probamus: reſtat

Lupus Vllulans

vt eiuſdem quales ſunt fabule / in quibus cõtra id quod ſupra di/
xerat ſigna ſe feciſſe videamus. Dicitur itaq; ꝙ aliquando ipſe au
diens lupum vllulantem ait ſe ex voce eiuſdem intelligere ꝙ lupꝰ
ille inter alios maior / omniũq; Princeps noſceretur. Ach ach ech
O ſignum propheticum / Nonne ſimiliter potuit dicere ꝙ lupus
eum prophetam nunciauerit / certe hanc fabulam multo vrbaniꝰ
ſi quid intelligeret / componere potuiſſet: ſicut & de quodam alio
lupo ibi refertur: ſcilicet ꝙ cum allocutus fuiſſet Vecheben filium
Hehenczehlim ſtatim factus ſit idem Saracenus. Vbi ſi leonem ꝓ
lupo ille fabularum compoſitor poſuiſſet multo elegãtior fabula
ipſa extitiſſet. Sed non inmerito fabulis ſuis lupos intexuit qui
more luporum rapidus ſemper & cruentus inceſſit. Item aliud cõ
fictum auſcultata/ ꝙ cum Zanreb Iudea vxor Zalen filii Muſlim

Iudei in aue aſſa venenū ſibi appoſuiſſet/ ſtapula eius locuta ei ac ceteris cōmedentibus fuit dicens/ noli me comedere quia veneno confecta ſum:et ipſe noluit cōmedere. cōmedit autem inde Elbeten filius Mazricz et mortuus eſt. Ecce tu Arneſtes: nunc ſcire affecto vtrum ipſe tuus Machomet ſolus vocem ipſius ſtapule audierit? Si enim ſolus ipſe audiuit cur alios inde cōmedere permiſit? Si autem omnes audierunt: cur alter cōmedit? niſi forſan ab eodem confiſus ſe debere reſuſcitari. Nunc vero mortis ſue quis finis fuerit queſo auditote. Reliquit ergo idem pſeudo propheta tam nobis quoddam ridiculum q̃m ſuis lamentabile cōmentum. Cū ſcilicet ipſe moritur9 p̄cepiſſet ſuis vt eo mortuo eū nō ſepelirent/ iō ꝙ tercia die aſſumendus eſſet in Cœlum: ipſiq; hoc preceptum diligenter obſeruantes magnis deſideriis id fieri affectabant. A ſecunda autem feria qua mortuus fuerat vſq; ad quarte ferie veſperam longa fatigati expectatione/ nil aliud q̃m fetoris magnitudinem excreſcere cernentes (Humbran id refererente) Corpus illud vetidum nudum foras proiecerunt. Humbran tamē filius Heluzam dixit ꝙ lotus Machometus et tribus veſtibus ſepultus ſit per manus Halii filii Abitalib: & Alfoal filii Allahabet/ filii Abdennitalla patrui ſui. Fertur etiam ꝙ per ſeptem dies morbo pleuretico egrotauerit ſenſu amiſſo. Septimo vero die conualuerit. Iratus autem Hali fili9 Abitalib ꝙ ſenſum ammiſerit ei locutus eſt. At ille Machomet iuſſit nullū ampli9 remanere ſecū niſi Allahabet filium Abdennitalle. Alia autem die ſeptima mortuus eſt: & intumuit venter ac minimus retro curuatus eſt digitus eius Actum hoc/ feria ſecunda duodecimo menſis Rabge Anno vite eiuſdem ſexageſimotercio. Ar. mi pater Oliueri ſi hec abſurda et inconuenientia de ipſo que refers vera ſunt. Cur Deus eccleſiam et preſertim orientalem per tam nephandum falſum et ſceleſtum prophetam (vti tu ais) ita ſpoliari et penitus demergi permiſit? Oli. ach ech. Nun tu ſupra audiſti? ſcilicet peccata eiuſdem & hereſes fuiſſe cauſam tanti naufragii & facinoris: vti etiam ſacramētaliter in ipſa veteri Synagoga ſepius prefiguratum eſt. Neceſſario enim euenit vt ſcandala eueniant: Ve autē homini ꝑ quem. Sic eadem tunc ꝑ Machometū tuū ꝓchdolor eueniſſe cernimus: que omnia Iohānes Cœleſtis ille Secretarius dudum antea in ſuo Apocalipſi fore futura ꝓuidit: Vt in. c. eiuſdem. xii. et. xiii. zc. pleni9 cōtinetur p̄ſertim in verbo ſcilicet Et datū eſt ei. id eſt beſtie bellū facere cū ſanctis & vincere eos: & data eſt illi ptās in omnē tribum & linguam ac gentem. Et hec ꝓ nunc ſufficiant. De eiuſdem vero

Mors eiuſdem ridiculoſa

Alia Opinio mortis eiuſdem.

Quare deus permittit eccleſiam periclitare zc.

Facultas illi adherentium
et legalis libri eorũ Alcho
ron compoſitio Nota
Item plures ſunt pecatores/
mali & dãnati/q̃m boni & ſal
uati in h⁹ figura plures fuer̃t
filii diaboli q̃m dei. Et plures
filii Iſmahelis q̃m Iſaac. Geñ
25. ſexcenta tria milia. et. 55.
virorũ de qbus duo ſolũ fide
les q pmiſſiõis terrã pluſtra/
uerũt & intrauerũt. Nũeri. 1.
et. 14. c. Plures ſunt luxurioſi
& carnales quã honeſti & Ca
ſti. Nã diluuii tpe ſolũ Noe
cũ cognatõe ſua ſaluatus eſt
Geñ. 7. c. Itẽ in quinq; Ciui
tatibus Sodomitis Non ſunt
inuẽti decem viri ab h⁹modi
Crimine ſodomitico ĩmunes
vt patet Geñ. 18. Item infide
liores & multo plures ſũt ho
mines deo/ etiã & dñis ſuis
ſiue p̃latis/quã parati & fide
les. Nam inter fr̃es Ioſeph q
erant. xi. duos tantũ fuiſſe cõ
ſtat: eũ ab aliis fr̃ibus eripere
ſtudentes. vt patet Geñ. 37.
Cum Abſolone regnũ patri
vſurpãte plures erant quã cũ
David rõnabiliter regnante
2. Re. 15. c. Clamãte maxima
multitudine Iudeorũ Barro/
ban apud Pylatũ dimitti de/
bere/atq; xp̃m Crucifigi non
eſt inuẽtus rectus & fidelis
qui xp̃m peteret abſolui & li/
berari. Io. xi. c.
¶Plures ſunt hoĩes bellãtes
cõtra Iuſticiam publice & pri
uate q̃m pp ter iuſticiã pupil
los & viduas defendendo Nã
tantus erat cõtra Iſrael exer
citus Sirie pulueribus Sama
rie compand⁹. vt patet. 3. Re
20. c. ⁊c. Sed hic vere labor ẽ
dyaboli & exercitiũ. Nã ſtul/
torũ infinitus eſt numer⁹ ⁊c.
Die welt iſt ain vogelhauſs
vñ ſitzent ⁊c. H⁹mõi q̃ſtionẽ
ſoluit Iob. 21. c. In principio
in verbo q̃re ergo impii. ibi
pulcerrima vide ⁊c.

Sectatorũ lege prophana & fallaci: De Confectõe libri legalis Al⸗
choran; ſcriptura eius dilacerata: rurſus iterata: Diſputatõe eiuſ⸗
dem/iterũ recollectis: ac de Impitia & fictione illi adherentiũ: per
plura hiſtorici ſcribunt. Paululum etiã adhuc reticere nequeo/ his
deductis finẽ pficiã. Ar. dic amabo. Oli. miraris o Arneſtes tantũ
Cur hec Secta quibuſdam placuerit? Intellige pro certo nulli aut
nobili aut intelligenti placuiſſe eandẽ/niſi miſerrimo & Impitiſſi⸗
mo vulgarium hoĩm generi. qui ab eodem Machometo de locis
ſilueſtribus cõgregati: cum has primas lr̃as audiſſent/rei nouitate
ſtupefacti: ſacrilegas fabulas diuina eſſe oracl'a crediderũt. Deniq;
cum & paupꝑtate & aſſiduo ruralium operum labore confecti fu⸗
iſſent: Cibi: potus: p̃cioſarũ veſtium/Amenitatis vmbroſe: vãſorũ
ſpectabiliũ: vxorũ inſup pulcerrimarũ concubit⁹ infiniti. Aliarum
q; ſpurciſſimarũ Paradiſi deliciarũ (quas ip̃m Machomet pꝓdo
lor enumerare nõ puduit) Btĩtudinem audiẽtes: ſeq; ibi ex pmiſſi
one eiuſdẽ iam iam futuros ſperãtes: ad limina quecũq; ip̃e voluit
pecorini iſti homĩes cucurrerunt. Inde h⁹mõi homĩbus ruralibus
Idem adiutus Regẽ perſarũ deuicit. Promiſerat eñ oĩbus ſe ſe iu⸗
uantibus & ſuo nomĩe morituris Paradiſi delicias: q̃muis quidam
magis idcirco pugnaſſe feruntur (quia Arabes & Perſe deliciarum
hortis frequẽtius delectãtur) vt eorum hortis potiti tam hic q̃m
in Paradiſo his pfrui poſſint & queant. Sed dicis Arneſtes: nõ ſolũ
rurales illi ſed etiã et alii multi ſecuti ſunt eum: Reſpõdebo qdem
verum/ multi: ſed peſſimi & lecatores ere grauati alieno: id eſt rap
tores: fures: vel alias alii p ſuis ſceleribus damnati/ qui his rumo⸗
ribus/hanc ſolã euadendi cauſam inuenerũt. Faciliciter eñ deuiat
a iuſticia qui in agendis nõ Deum ſed plus hoĩem formidat. Nam
dic mihi obſecro/quẽ vnquã ſapientẽ: nobilẽ aut honeſtũ: ex nr̃is
ad h⁹mõi religionẽ ſponte veniſſe videris? maxime ꝙ ille pſeudo
& nebulo tuus ppheta Machometus errauit dulcia pmittẽdo/vt
ſcilicet viris virgines ad amplexus pmittens/& Iuuenes at mulie⸗
rum concubit⁹ reticẽdo. Vach/hec tua fallax Religio: hanc tu in⸗
mitatus: ad inferos deſcẽſur⁹ penis infernalibus eternaliter ibidẽ
cum ppheta & Coetaneis tuis & Sectatoribus Paradiſo fruſtrat⁹
condẽnaberis: niſi a pposito reſipiſcas debite peniturus. Ar. mi
pater Anguſtiatus ego & hiis tuis ſententiis confuſus: quid eligã
ignoro. Cum Samuele hic deliberabo: et ſi venia datur ad vos re⸗
deundi/ad craſtinã reuerſi credo obtẽperabim⁹. Oli. ite pacifici.
Ar. O Samuel tu faciendum quid cenſes? Oliueri⁹ nos pupugit/
ſpem omnẽ in te poſui iam tue defenſiõis ſtudio fruſtratus. Sam.
mi Arneſtes q̃muis plures noſtrũ ac ſue Religionis viros multarũ

Cõmun
ppĩus g
det nou
te.

Victori
eius cõt
Regẽ P
ſarum

rerum expertiſſimos audierim/tamen talis eloquentie ſcientieq; virum tam doctum vti ipſum dominũ Oliueriũ audiuiſſe me nuſquã recordor. Credebam eñ noſtrorũ Secreta omibus alienis eſſe incognita/que tam pfecte vti Iudeus in publicũ elocutus eſt. Scio equidem plures noſtros Doctores neſcio quo ſpiritu/a noſtra doctrina auerſos/qui nõ gloria Cupidi nec opes affectantes/ſed ſuis & ditiſſimis facultatibus relictis omnibus: Chriſtianam fidem voluntarie Iugo paupertatis deuotiſſime amplexi ſunt. Preterea Conſilium meum agnoſce: hoc ſero tecum deliberato/ego quid facturus ſim craſtina ſerioſius tibi Arneſtes exponam. Ar. probe Deus ſua gratia ad veritatis nos robur illuminet. Sam. Amen.

¶ Drama Vndecimum

Balbus	Oliuerius	Triphon	Rudolphus
Orator	Doctor	Phiſicus	Laicus

Bal. per miſericordiſſimũ Deum dñe Oliueri rem omnẽ et totam diuinitus aperuiſtis: ita ꝙ veſtra prolata in ipſis non dubito quin fructuoſiſſimũ quid operentur. Oli. miror Rabii Samuelẽ cunctis obiurgationibus tam manſuetũ extitiſſe: nec hꝰmodi errores hebreos dudum emendaſſe/cum latine lingue haud ignarus exiſtat. Tri. Pater reuerende de paciẽtia eius nulli hoc mirũ arbitror/preſertim cũ rem totam tanta animi maturitate & conſtantia rerũ tu fueris elocutus Sed vnum vehementius admiror ſcilicet tot orbis Religiões diuerſas: cuiꝰ rei cauſas audire potiſſimũ affecto. Oli. hui me Senem librũ pauliſper cõcede: Balbum hyſtoricũ exorato Bal. tuis pceptis pater Oliueri parerem. Triphon aũt rem omnem me ſanius intelligit. Oli. pauca verba queſo: rogita pſequere. Bal. q̃muis huiꝰ parentem vniuerſitatis Principẽ Deum intelligere difficile ſit/inuentũq; eundẽ philoſophorũ Conſilio vulgo indicare nephandum. Nihilominus tamen veritati fauens: monitis domini Oliuerii obtempabo. Quinq; fuiſſe mortaliũ Religiones intelligimus: quarũ Cerimoniis Deũ a pleriſq; ſed diuerſimode: cultũ veneratũq; comperimus. Primus parens noſter Adam de facili quẽ vidit ſuum Creatorem agnouit: eius aũt Seductor generis humani hoſtis accerrimus tantũ poſt diluuii tempa & veri dei ac plaſmatoris hominũ obliuionẽ/filios Adam variis ſeductionũ oblectamentis ita decepit: vt peccatorũ pondere grauati: quidã aberrãtes eorũ/in Idolatrie culturã illapſi. Alii vero iuſti dei cognitõe pmanentes/ſemitã rectam nobis ſequatibus Deũ venerandi reliquerẽt. Et hii hebrei: alii aũt gentiles appellati ſũt. Gentiliũ vero tria fuiſſe genera a vera dei cognitõne aliena dicunt: vt ſcilicet fuerũt Caldei

Queſtio Religionũ & diuerſitas toto orbe ſacrificiorum que fuerint

Deũ intelligere & in vulgus iudicare Iuxta philoſophos nephandum eſt Quia iuxta eorundẽ opinionẽ phõrũ/plus deus placat quãto minꝰ cognoſcit. Ergo apud gẽtiles diuerſis Religionibꝰ cultus eſt/& hoc cõtra nos & falſũ. vt in Vin. li. iſ. c ca. ptis ſecũde. Et dyabolꝰ ꝙ inter angelos ex ſua ſupbia efficere nõ potuit hoc inter hoĩes pſuaſiõe dyabolica ſua pidolatriã in dei contemptũ & noſtrã pditõem effecit. Eſt autẽ deus ſm theologos ſubſtãtia incorporea ſimplex & ĩcõmutabilis. Eterna & inmenſa/incõphenſibilis & ineffabilis/multipharie tamẽ vtcunq; notabilis. Nam dicit Sol: Lapis: Leo: Ouis & vermis. Et breuiter qd quid eſt nihil tñ de eo ſatis dignũ dici poteſt. De hoc reſpice li. Vin. i. c. i. ptis prime.

Hebrei ab Heber filio Sale appellati s̃. in ſcd̃a riga textus.

❡Sic de h⁹mõi falſa inani et diabolica cultura ac manifeſta turpitudine deorũ gentiliũ reſpice lector Auguſtinũ li.z.de ciuitate dei.c.3.4.5.6.8.io.ii.&.iz.p totũ: ac aliis circũſtantiis ritus eorundẽ: & ſecretis demonũ Inde.c.ſequentibus per totum.

Dii gentium.

Greci: & Egiptii: Caldei nanq̧ neſcientes Deum/ errauerunt poſt elementa: colentes creaturas non creatorem: quorum & imagines quaſdam facientes nominauerunt figuras Cœli & terre: & maris/ Solisq̧ & lune & ceterorum elementorũ & luminariũ: & concludentes in templis adorauerunt: Deos vocantes: quos diligẽter ſeruarunt/ ne clam a furibus raperentur: non intelligentes Seruans ipſum/ maius eſſe ſeruato. Greci autẽ dicẽtes ſe eſſe ſapiẽtes ſtulti facti ſunt/ deteriores Caldeis/ plurimos deos introducentes eſſe factos: alios quidem maſculos: alios vero feminas/ omniũ viciorum cunctarũq̧ auctores iniquitatũ: vt aduocatos iſtos & patronos habentes ſue nequitie/ adulterent/ rapiant/ occidant/ & oĩa mala faciant.

Saturnus

Inducitur enim ab eis ante omnes deus Saturnus et huic ſacrificant filios ſuos/ qui genuit multos pueros de Rea et inſaniens cõmedit eoſdem. Aiunt autem Iouem abſcidiſſe virilia ſibi et ꝓieciſſe in Mare/ vnde Venus fabuloſe dicitur nata fuiſſe. alligans ergo patrẽ ſuum Iupiter ꝓiecit in Tartarũ.

Iupiter.

Secũdus deus eorũ inducit̃ Iupiter quẽ ferunt regẽ eſſe aliorũ Deorũ & transformatũ ſepius fuiſſe in aĩalia/ vt cũ mortalibus mulieribus varia adulteria cõmitteret. Inducunt enĩ hunc transformatũ in Thaurum ꝓpter Eropã/ & in aurũ ꝓpter Danem: & in Cingnũ ꝓpter Ledam & in Satirũ ꝓpter Antiopem: & in fulmen ꝓpter Semellam/ & ita genuiſſe ex his filios multos liberum videlicet/ & Zetum/ & Amphionẽ/ Herculem Appollinem Archemiã & Perſeum/ ac ceteros multos: & filias/ quas nouem muſas appellamus.

Mercurius

Inde Mercuriũ inducunt eſſe deum Cupidum Auarum & Furem/ magum & ſermonum interpretem.

Aſtlepius

Aſtlepium inducunt deum eſſe medicum & potationes conficientem & emplaſtra victus gratia componentẽ Nouiſſime vero fulmine ictus eundem interiiſſe aiunt. Propter Darii Lacedemoni filium.

Mars

Mars inducitur Deus eſſe belligerator & Zelotes cupidus omnium & aliarum quarũdam Rex. Nouiſſime vero adulterio perpetrato cum Venere eum ligatum ferunt a paruulo cupidine et a Vulcano/ deorum Iudicio preſentatũ.

Bachus

Bachum vero inducunt Deum eſſe nocturnas agentem feſtiuitates/ & magiſtrũ Ebrietatis/ euellentẽ ꝓximorũ vxores/ & furioſum & fugitiuũ: nouiſſime aũt a Tytanis occiſus eſt.

Hercules

Herculem vero inducunt ebrioſum & inſanũ & ſuos occidiſſe & ad vltimum igne fuiſſe conſumptum.

Appollo

Appollinem quoq̧ inducunt deum eſſe zelotẽ inſuper arcum et pharetram geſtantem/ aliquando vero citharam & tibiam: diuinantẽ hoĩbus mercedis gratia.

Dyana

Dyanã vero inducũt ſororem fuiſſe illius venatricem & arcum habuiſſe cum pharetra

❡Nota. Ipſi gentiles in pluralitate ſuorum deorum frequentius delectati ſunt ꝓpter diuerſitates eorundẽ. ſed quid inde? quando plures nobis feſtiuitates preſtat vnius Dei viſitatio q̃m multorũ demonũ ſuꝑſtitioſa illis preſumptio ꝛc.

De hiis [...]
bus dii[...]
fit men[...]
de eoru[...]
lerib⁹in[...]
li.xi.ca[...]
De cor[...]
ro vene[...]
ne & in[...]
one Ma[...]
bius in [...]
nalibus [...]
ſpiciat[...]
tius.
❡Nota [...]
idolatri[...]
mo ori[...]
habet i[...]
li.i.c.ce[...]
mo. Pr[...]
circa m[...]
et.c. ſeq[...]
bus ꝑ p[...]
ibidem.

& hanc in mõtibus errare ſolã cũ canib9 captura Cerue & Capre Venerẽ deam eſſe affirmant adulterã Mechũ aliqñ Martem aliqñ Achillem habuiſſe. Et alios ac alias deos et deas ipſi Greci & alii q̃mplures induxerũt innumerabiles/ qbus contigit ipſis hoĩbus imitari hec omnia/ vt adulteri fierent & homicide ac (ꝓchdolor) maſculorũ cõcubitores: & aliorum malorũ operũ patratores ſm imitatõem dei ſui ſcilicet dyaboli oĩs mali inuẽtoris & informatoris/ que oĩa ipſi hiſtorici multo latius deſcribere videnť. Egipcii vero hiis omĩbus Stolidiores & ſceleratores deterius errauerunt. Non eñ contenti Caldeorũ & Grecorũ cultibus/ ſed inſup bruta aĩalia terrena & volatilia vt deos ſuos induxerunt: quã dyabolicã religionẽ Pueri certi et q̃mplures Iſrael in deſerto imitantes vitulũ adorauerũt/ cõdignã penã dei vindicta & Moyſi aſſenſu cõſecuti. Et dñe Olīueri/ de mundi religionibus mõ pauca ſufficiant. Ru. heus tu frater Oliueri: Arneſtes & Samuel veniunt. Oli. veniunt? Ru. veniunt inquã. Oli. ergo tu Balbe his finẽ facito. Bal. orſus factum eſt. Ru. audin frater mi pulſare foras? Oli. audio: aperi p̄ſto. vos dñi mei Triphon et Balbe dei gratiam inuocantes ad agenda diligenter conſulite.

Venus

De hiis cõcubitoribus reſpice apoſtolũ Paulũ ad Cor. c. .6. in medio. Et aptiſſime ad Ro. i. c De nature ꝑuerſiõib9 in verbo ꝓpterea/ p9 medium vſq; in finem.

Et plus de ſodomitis & eorũ correptiõibus ꝑ Deum. vide in Vin. li. i. c. centeſimo & .6. per totum ꝛc.

Drama Duodecimum.

Arneſtes	Samuel	Triphon	Balbus	Oliuerius	Rudolphus
apoſtota	Iudeus	Phiſicus	Orator	Doctor	Laycus

Ar. aſcendimus iam ſcolam o Samuel nullis deliberati rationibus Sam. bene deliberatus ego. Ar. quid facturus? Sam. mundus quia fallax eſt: Chriſtianũ me fieri affecto. Ar. & ego quid? Sam. fac ſilr Ar. ſecus de me eſt Samuel. Sam. quãobrẽ? Ar. quia apoſtota ego. Sam. in hoc dñm Oliueriũ conſulito. Ar. faxo. aſcendamus preſto gratiã petituri. Tri. o Balbe Oliueriũ auiſato aſcendẽtes ſuſcipiendum. Bal. pater Oliueri ecce p̃ñtes. Oli. probe: introducenť. heus Rudolphe vocato eoſdem. Ru. Arneſtes & Samuel ingrediemini Ar. Samuel i pre ſequar. Sam. obtempbo/ nõ polluto ſed ore cõuerſo & corde fideli. Gratia dñi noſtri ieſu xp̄i: Caritas dei & Cõmunicatio ſpũs ſancti: ſit cum oĩbus vobis. Oli. amen. Nuncium afferte vos nouum & ſalutarẽ/ tum ꝓpter veſtrã ſalutẽ/ tum etiã ꝓpter fidei roboratõem nos plurimũ oñs cõgratulamur. Nõ eñ ſinit Clemens pia diuinitas ſuos (quos ſancti ſpũs gr̃a illuſtrat) de facili periclitare. Nunc vero tu Arneſtes que ſenties eloquere? Ar. peccaſſe o pater me ſentis atq; a maternis Chriſtiane religionis ꝓchdolor cecidiſſe vberibus. Igitur quid faciã ignoro: neſciẽs ſi venia mihi dabitur pẽtenti. Oli. ne dubites fili/ non vult enim

Fallacia mundi & corruptio in duodecim abuſiuis eiuſdẽ cõſideratť. Ptimũ eſt ſapiens ſine opibus. Secundũ Senex ſine Religiõe. Terciũ Adoleſcens ſine obediẽtia Quartũ Diues ſine Elemoſina: Quintum Femina ſine pudicicia. Sextũ Dñs ſine virtute. Septimũ Chriſtianus cõtentioſus. Octauũ Paup ſupbus Nonũ Rex iniquus. Decimũ Ep̄s negligens. Vndecimum Plebs ſine diſciplina. Duodecimũ Populus ſine lege. vt in Vin. li. xi. c. 8. ptis ſecunde.

Conuerſio Samuelis.

Suſceptio peccatorum

Deus mortē pctōris/ſed magis vt cōuertat & viuat/phariſeis em̄
& ſcribis de pctōrū ſuſceptōe xp̄m increpantibus.Idem pius Sal/
uator noſter quid reſponderit auſculta.Quis ex vobis hō inquit/
qui habet centum oues & ſi pdiderit vnā ex illis nōne zc. Ita dico
vobis gaudiū erit angelis dei ſup vno peccatore penitentiā agente
Vltra homo quidā habuit duos filios:& dixit Adoleſcētior:Pater
da mihi portionē ſubſtātie q̄ me cōtingit:Et diuiſit illis pr̄ ſubſtan
tiā: & parte ſua recepta adoleſcēs idem abſcedens oīa cōſumpſit
luxurioſe viuēdo zc.quib9 conſumptis in exiliū pulſus eſt & fame
anguſtiat9:& in ſe reuerſus inqt:ſurgā & ibo ad pr̄em meū dicens:

Item q̄m magna ſit dei Clemē tia hoc etiā faciliter conſide rari pōt ꝙ pius Saluator no/ ſter mariā Magdalenā tam fi/ deliter curauit/ vt habet Lu. 7.c.Etiā Petrū xp̄m tertio ne gantē miſericorditer ſuſce/ pit.Lu.22.c. Thomā in fide dubitantē ſolidauit Ioh. 20. c.Pariter latronē ſuſcepit in Cruce.Et p ſuis pſecutorib9 orauit patrem celeſtem

Pater peccaui in Cœlū & corā te:& nō ſum dign9 vocari filius tu9
zc.ei quid pater rn̄derit vos latius Arneſtes & tu Samuel penſate:
Cito inquit pferte ſtolam primā & induite illum/& date annulum
in manu eius:& calciamenta in pedes: & adducite vitulū ſaginatū
vt manducem9 & epulemur/ quia hic filius meus mortuus fuerat
& reuixit:perierat & inuētus eſt. Hanc piā clementiā noſtri Salua
toris tu Arneſtes mente conſerua/ qui humilē ſeruum & pauperē
p nobis ſe obtulit vt ſua ſeruitute ac miſeria nos liberos efficeret
& diuites:quare ſācta mater acclamat Eccleſia:ſcilicet Omīpotēs
pater& miſericors deus/vt nos ſeruos redimeres filium tradidiſti
Hec eſt dei Clementia et noſtra redemptio copioſa.De qua miſe/

Iuſticia dei et miſeri/ cordia.

ricordia et Dei iuſticia Ezechielem lege pphetam in c.18.circa me
dium in verbo/ ſi autē impius egerit penitentiā.Ar. O pater faxo
que iubes/ etiam artiſſime penitur9.Oli.probe/ tu Samuel quem
nūcium attuliſti/ tam nobis tui cauſa acceptabilis/ q̄m tue etiam
proſper ſaluti & ſalutaris eſſe cenſetur. Faxit em̄ miſericors Deus
ꝙ in vnū congregemur vero fonte loti baptiſmatis. Niſi quis em̄
renatus fuerit/denuo nō poteſt introire in regnum Dei.Nā quod
natum eſt ex carne/caro eſt:quod natum vero eſt ex ſpū/ ſpiritus
eſt:caro occidit/ ſpūs autem viuificat: ſic omnis qui natus eſt ex
ſpiritu: & lotus & viuificatus eſt. Sam.obtēperabo pater oliueri:
tamen nil mihi credere grauius difficiliuſq; q̄m Sacramenti veſtri
ſubſtantiā et eſſentiam.Multis etiam naturaliū opinionibus phi/
loſophorū remotis/hoc mihi graue eſt: cum alii dicunt eſſe ſacre
rei ſignū alii Chriſtū ip̄m Deū et hoīem id Sacramentū appellant:
mira ſunt hec & multis mortalibus incognita.Oli.bene/quod nō
ſapis quod nō vides animoſa firmat fides preter rerum ordinem.
Nā ſola ibi fides ſufficit/nō em̄ habet fides meritū: vbi hūana rō
p̄bet expimentū/que aūt vis ſit & virtus Sacramēti/nō tm̄ ex mi/
raculis quib9 & Reges & Impatores cōuerſi ſunt:verum etiam ex

eliganti quodã Carmine Epi Cenomanẽſis conſcripto latius in‑
telligi põt: vbi qui habet ſalem‑ꝙ virtus ſit: quis fructus: quodue
meritũ eiuſdem Venerabiliſſimi Sacramenti diuinitus adquiret.
Sam. Vnde pater dic amabo. Oli. Arneſtem ad audiendum ſolici‑
tato. Ar. quid opus? hoc pari affectu exopto: dic igitur queſo.
Oli. dicam: vos Balbe et Triphon auſcultate:

Tollimur e medio fatis vrgentibus omnes
Et trahimur quo nos vita peracta vocat
Hii nunq̃m hii ſemp: alii plectuntur ad horam
Purgatis datur hiis tranſitus ad requirem.
Hanc illis altare ſacrum vel criminis expers
Vita‑vel obſequiis emptus amicus emit.
Perfectos valdeq; malos nil vota ſuorum
Nil impenſa precum‑nil holocauſta iuuant.
Nam nec iuſtus eget nec peſſimus iſta meretur
In medio eſt‑veniam cui ſacra menſa parat.
Ipſa tamen viuos a vite calle vagantes.
Vt redeant ſaltim ſero iuuare ſolet.
Inde fit vt quotiens ſacris accedimus aris
Particulis cedat hoſtia fracta tribus.
Pars intincta mero pro viuis orat opuſq;
Sanguinis & carnis expiat ipſa caro.
Pro bene defunctis quorum purgatior viuis
Hoc interuentu non eget‑alter eget.
Offerimus tibi chriſte duas‑ſed ꝓpter eoſdem
Oblate pariter non operantur idem.
Nam pars pro ſanctis: pars eſt ꝓ ſanctificandis
Illa refert grates‑ſupplicat iſta deo.
Hoſtia pro iuſtis‑laus & pro iuſtificandis
Menſio pro reliquis cauſam agit alterius.
Fit cibus hic ex pane caro: deus ex elemento
Miſterio ſimplex‑vtilitate triplex.
Iſte calix tumulũ: denotat ara Crucem
Vtq; fides aſſit terror recedat et horror
Fit Cibus ipſa caro panis imago manet

Intellexiſtin tu Samuel iam ſacratiſſimi hoc corpis criſti miſteriũ?
Sam. credo Cũ aũt Chriſt9 Saluator filius ſit dei pr̃is‑de eodẽ pr̃e
& ſpũ ſancto aliquid ſentire etiã foret neceſſariũ. Oli. verum fidei
tenorẽ ex Simbolo Athanaſii pfectius intelliges: ibi ſcilicet Qui‑
cunq; vult ſaluus eſſe ante oĩa opus eſt vt teneat Catholicã fidem

ifferentia inferni & purga
rii ꝓbatur ex euãgelio xp̃i
feinus ibi Amice cur ĩtra
huc‑nõ hñs veſtẽ nuptia‑
n. Ligatis manib9 eius et
dib9 ꝓicite eũ ĩ tenebras
teriores zc. Purgatorium
i. Et tradidit eũ dñs torto
ous quouſq; redderet vni‑
rſum debitũ. de his hẽtur
it..is.et.zi.c.zc.

hac diuiſione & eiuſdem
ſterio reſpice legendã de
taua Corpis xp̃i in verbo
ripharie ibi clari9 intelli‑
s.

ĩ Cib9 Viatorũ factus eſt
nis Angelorũ Iuſtũ enim
it vt p cibũ mortẽ vincẽs
ſtitueret vite‑q p cibũ vi‑
m pdens morti obnoxius
neretur. Et quia talis eſus
c in Cœlo nec ĩ t̃ra potuit
ueniri‑fili9 dei carnẽ aſſũ‑
ſit nobis in eduliũ.

Eſſentia Sacramenti
et vtilitas.

De venerabiliſſimo Sacramẽ
to reſpiciat̃ tractatus Elegã
tiſſim9 & totus euãgelicus ac
eccleſiaſtic9 Fratris Iohãnis
de Capiſtrano ordinis miorũ
cõtra Bohemicã brauitatẽ.
¶ Nota ſup illo verbo Plectũ
tur ad horã. Hoc notat etiã
excellẽtiſſim9 & diuinus Na‑
turalis ſõniator ipſe Aphri‑
canus in fine ſui libri inquiẽs
Nanq; eorũ animi .i. aĩe non
mentes qui ſe voluptatibus
corpis dederũt: earũq; quaſi
miniſtros pbuer̃t‑impulſuq;
libidinũ voluptatib9 obediẽ‑
tium deorũ & hoĩm Iura vio‑
lauerũt: corpib9 elapſi‑circa
terrã ipſam volutãt: nec hũc
in locũ: hoc ẽ in Cœlum niſi
multis exagitati ſeculis re‑
uertunt. Hec ille. De inmor‑
talitate aĩe infra in margine
& ſupra in pricipio in prima
Eplã in margine. & ꝙ ipſi ani
hoĩm ex ipſis ꝓcedãt ſempi‑
ternis ignib9 .i. ſiderib9 audi
pſalmiſtã. Qui facit angelos
ſuos ſpũs: & miſtros ſuos ig
nem vrentem.
¶ De inmortalitate aĩe. du‑
plex eſt opinio. Vna fuit ſa‑
duceorũ & Epicuriorũ & fal‑
ſa atq; damnata‑quia aĩas ho
minũ interire cum corpibus
credebãt: quare Epicuri ſuã
fellcitatem in crapulis poſue
runt & male.
Alia & veriſſima noſtra et iã
oĩm mundi religionũ fides &
opinio‑ac oĩm phõrũ veterũ
gentiliũ & modernorũ ſentẽ
tia eſt‑anĩas eſſe inmortales
cœleſtes naturas‑& ſpũs‑meriti gr̃a corpib9 hoĩm vnitas: atq; hac veſte corporea tactas. De quo audiemus Mercuri
n Trimagiſtũ maximũ grecum & moralem quid ipſe ſentiat ad Aſtlepium ſcribens. ita Cum itaq; aĩaduerterit De9
omĩnẽ non poſſe omniũ rerum eſſe diligentem niſi eum mundano tegumento contegeret: texit eum corporea domo‑
leſq; homines eſſe precepit‑ſcilicet ex vtraq; Natura in vnum confundẽs‑miſcuitq; quantũ ſatis eſſe debuiſſet. Itaq;
oĩem cõformat ex animi & corpis virtute. id eſt ex eterna & mortali Natura‑vt ita conformatus vtriq; ſui origini ſatis
cete poſſet: & imitari atq; orare Cœleſtia‑& ĩcolere atq; gubernare terrena‑quare oĩs humana anima eſt inmortalis
e his reſpice tu lector doctorem Leonardũ de Vtino pdicatorẽ oratiſſimũ in ſermone de animabus‑et ibi virida‑ĩfra

Fides autem Catholica hec eſt zc. Tamen pro maiori et faciliore
tua informatione Samuel id ratum habeas et firmum ad verã Tri
nitatis ſancte cognitionẽ ſcilicet. Qđ vnus eſt deus/hoc eſt Deus
vnus pater: Deus vnus filius: Deus vnus ſpiritus ſanctus: nõ tres
tamen dii ſed vnus eſt Deus. Trinus in vocabulis/ vnus in deitate
ſubſtãtie. Sed diceres mihi. Ergo ſi vnum ſunt/ omnes ſunt incar
nati: ſic non ſolum ad Chriſtum pertinet caro: His auſculta/bene
nempe aliud eſt anima/aliud ratio: et tamen in anima eſt ratio/ et
vna eſt anima: ſed aliud anima agit: aliud ratio: Anima viuit/ratõ
ſapit/ & ad animam pertinet vita/ad rationem vero Sapientia. Et
cum vnum ſint/anima ſola ſuſcepit vitam/ ratio ſola ſuſcepit ſa/
pientiam: & tamen nec anima ſine ratione/ nec ratio ſine anima.
Sic et pater et filius/ licet vnum ſint/ & vnus Deus ſit/Sed tamẽ
ad Chriſtum ſolum pertinet Caro: ſicut ad ſolam rationem ꝑtinet
ſapientia: licet non recedat ab anima. Ecce aliud: in Sole Calor &
ſplendor in vno radio ſunt: ſed calor exſicat: ſplendor illuminat/
aliud ſuſcipit calor: aliud ſplendor: licet calor & ſplendor abinui
cem non queant ſeparari: ſuſcipit ſplendor illuminationem non
feruorem. Calor feruorem non illuminationem/ aliud ſimul: aliud
ſingulariter agunt/ & tamen ab inuicem nõ ſeparantur. Sic et fi/
lius ſuſcepit carnem & non deſeruit patrem/ nec ſe diuiſit ab eo/
dem. Suſcepit inquam filius carnem in proprietate/ ſed tamẽ nec
pater nec ſpũs ſanctus defuit Maieſtate. In diuinitate eq̃litas: Car
ne ſola filii ꝓprietas: nõ tñ ab eodem/ prĩs aut ſpũs ſanct9 receſſit
aliquãdo diuinitas. Cum ergo (auſculta tu Samuel) vna ſit deitas
vna ſit diuinitas: impleuit quidẽ carnẽ xp̃i Et pater & ſpũs ſanct9
ſed in maieſtate nõ ſuſceptõe. Hoc tu vis ſcire Samuel ꝙ cum eo
fuerit & pater? Sam. volo. Oli. orſus/Non ſum ſolus inquit Ieſus
ſed pater mecũ eſt: pariter audi et de ſpũ ſancto/ quia cum eo erat
Euangeliſta refert/quia Ieſus plenus ſpũ ſancto: egreſſus eſt a Ior
dane. Et ſic ſolus Ieſus ſuſcepit carnem/ & tamen & pater & ſpũs
ſanctus nõ defuir maieſtate. Sicut Cœlum et terram implet pater
& ſpiritus ſanctus: ſic carnem Chriſti deſerere non potuerunt/qñ
in diuinitatis vnitate permanſerunt. Ad hec etiam Citheram reſpi
ce vt muſicum melos ſonis dulcibus reddat: tria adeſſe videntur:
Ars ſcilicet manus et Chorda. Ars dictat: manus tangit: reſonat
Corda/& tamen vnus tantum ſonus auditur. Perſonat quod au/
ditur/ nec ars nec manus ſonum reddunt ſed eadem cum chorda
pariter operantur. Sonum ſola chorda excutit/carnẽ ſolus Chri/
ſtus accepit. operatio in tribus conſtat/ſed qũo ad ſolam chordã

ſupra A. rium ſapientie ac
cim phõrũ ingredere & inue
nies iudiciũ anĩe & inmorta/
litatẽ zc. Sed ſi maiora cupis
tu lector teſtimonia reſurre/
ctionis & inmortalitatis/ tũc
intellige h9mõi inmortalita
tem ꝓbare exemplo ꝑſonarũ
decedentiũ/ locorũ continẽ
tiũ/ ꝑfectorũ credentiũ/ mor
tuorũ reſurgentiũ/ & ſancto
rum aſſerentiũ: vt in ſumma
Gẽ. 25. 35. & hoc. c. his ver/
bis/ & appoſit9 eſt ad populũ
ſuũ ſcilicet in terra viuentiũ
quare dicit ego ſum deus A/
braham Iſaac & Iacob zc. et
Mat. 22. & alias ĩ euãgeliis ꝑ
totũ: ſed qd miramur cũ oĩa
ſint q̃ſi nobis ſole clariora.
vt Iob. 19. c. ĩ fine. vbi diuin9
& cœleſtis atq̃ paciẽtiſſim9
ille patriarcha ſingula enar/
rando clarius & maturi9 mi/
ſteriũ hoc exequitur. Et pl9
de anĩe inmortalitate ac ſpi/
tibus viuentib9. vide Vin. li.
i. c. 95. in fine ĩ verbo lẽnides
aũt/ & plus de aĩa. c. 33. ſuper
eodẽ. c. ſequẽtib9 ꝑ totũ.
Item qũo aĩe etiã deſcendũt
a ſuperis in corpa hũana Ma
crobiũ reſpice ſup Som. Ci/
pionis li. i. ĩ medio circa hoc
verbũ Scipiõis reuertunt. et
hoc iuxta mentẽ phõrũ. Sed
tu etiã lector varias & Erro/
neas intellige phõrũ quorun
dam fuiſſe opiniones ſcilicet
de ſubſtantia vel inmortali/
tate aĩarum. ſup hoc reſpice
Macrobiũ. Sunt etiam certe
opiniones phõrum ꝙ aĩe de/
ſcendentes incorporãtur in
hmõi deſcenſione ꝑ ſingulas
ſperas dictas que ſub Cœlo
ſunt Siderei corpis ſuſcipiẽ
do incrementa/ ac omnes fu/
iſſe ab eterno.

pertinet ſoni redditio/ ſic pertinet ad Chriſtum ſolum carnis humane ſuſceptio. Sam. O bone pater num aliquod Carmen habes ad diuinam rem illam explanandam? Oli. habeo Ricmum alterius carmen generis. Sam. dic preſto: & quod placidum fuerit tue preſtantie continuo & lubentiſſime aggrediar. Oli. orſus dicam: de ſancta Trinitate Eccleſia noſtra quid ſentiat alloquens eandem.

Alpha et o Magne deus: helii helii deus meus.
Cuius virtus totum poſſe: cuius ſenſus totum noſſe.
Cuius eſſe ſummũ bonũ: cuius opus quidquid bonũ
Super cuncta/ſubter cũcta: extra cuncta/ intra cuncta
Subter cuncta nec ſubtractus/ſup cũcta nec elatus
Intra cuncta nec incluſus: extra cuncta nec excluſus
Super totus p̄ſidendo: ſubter totus ſuſtinendo.
Extra totus complectendo: intra totus in complendo
Intra nuſquã coartaris: ſuper nullo ſuſtentaris
Extra nuſquã dilataris: ſuper nullo fatigaris
Mundũ tenens non moueris: locũ tenens nõ teneris
Tempus mutans nõ mutaris: vaga firmãs nõ fagaris
Vis extrema vel neceſſe: non alternat tuum eſſe
Heri noſtrũ Cras & pridem: ſemp tibi nunc & idem.
Tuum deus hodiernũ: indiuiſum ſempiternum.
In hoc totum preuidiſti: totum ſimul perfeciſti.
Ad exemplar ſumme mentis: formã preſtans elementis
Nate patri coequalis: patri conſubſtantialis.
Patris ſplendor & figura: factor factus creatura.
Carnem noſtrã induiſti: carnem noſtram ſuſcepiſti.
Sempiternus temporalis: moriturus immortalis.
Verus hõ verus Deus: Impmixtus homo deus.
Non cõuerſus hic in carnẽ: nec minutus ꝑpter carnẽ.
Hic aſſumptus eſt in deũ: nec cõſumptus ꝑpter deũ.
Patri compar deitate: minor carnis veritate.
Deus pater tantum dei: virgo mater ſed et dei.
In hac noua ligatura: ſic vtraq; ſat natura.
Vt cõſeruet quidquid erat: facta quidẽ quod nõ erat.
Noſter iſte mediator: iſte noſter legiſlator.
Circumciſus baptiſatus: crucifixus tumulatus.
Obdormiuit & deſcendit: reſurrexit et aſcendit.
Sic ad cœlos eleuatus: iudicabit iudicatus.
Paraclitus increatus: neq; factus neq; natus.

Confeſſio ſancte Trinitatis.

Pater

Loqui de deo & ſancta Trinitate piculoſum & grauiſſimũ eſt. Nam plato cũ de his loq aĩat9 eſſet: dicere quid ſit nõ eſt auſus/hoc ſolũ de deo ſciens ꝙ ſcire q̃le ſit ab hoĩe nõ poſſit. hec Macrobius ſuper ſomnio Cipionis. Hoc pius Saluator atteſtat̃ dicens. Si terrena vobis dico & nõ creditis/ quomõ ſi dixero vobis Cœleſtia credetis. Io. 3. c.

Filius

De verbo incarnato et aliis multis miſteriis Sanctiſſime Trinitatis ac humana creatura reſpiciatur Hermes vel Termegiſtus ſiue Mercurius noĩe phũs Grecus. vt patet ĩ Spe. hiſto. Vin. li. 3. c. centeſimo &. zo. partis prime. Et octo diuine Sibille gentiles Agripina ſcilicet: libica: delphica: Frigia: Samia: Eropa: Perſica & adhuc vna alia ſine noĩe. vt patet ĩ li. Cronicarũ mundi etatis tertie. Etiã ipſi Pragmãni quid ſenſerint de eodẽ ad Alexãdrũ Magnũ. vt in hiſtoria eiuſdem lacius edocet. Et de hoc verbo ſcilicet vnitate dei & homĩs ac Articulis: duodecim fidei approbatis. Vide infra circa finem verſis foliis duobus in textu. Sed ſpecialius cernitur de hoc verbo incarnato/vna alia et octaua Sibilla Cumea noĩe/ cũ eximia Chriſti explanatõe in Greco/vt patet in li. Vin. ſpe. hiſtorialis. z. c. cẽteſimo ptis prĩe. Ibi notãt eximia & pulcerima. Etiã repitur ibidẽ vna alia Sibilla Eritrea noĩe. c. ſeq̃nti. Et de aliis Sibillis p̄dictis vt ſup.

Patri concors genitoq;: ſic procedit ab vtroq;.
Ne ſit minor poteſtate: vel diſcretus qualitate.
Quanti illi tantus iſte: quales illi talis iſte
Ex quo illi extunc iſte: quantum illi tantum iſte.
ater filius et ſpũſſanct9
Pater alter ſed gingnẽdo: natus alter ſed naſcendo.
Flumen ab hiis ꝓcedendo: tres ſunt vnum ſubſiſtendo
Quiſquis trium plenus deus: non tres tamen dii: ſed vnus.
In hoc deo, deo vero: Tres & vnum aſſeuero.
Dans vſui vnitatem: et perſonis trinitatem.
In perſonis nulla prior: nulla maior nulla minor.
Vnaqueq; ſemper ipſa: ſic eſt conſtans atq; fixa
Vt nec in ſe varietur: nec in vllam tranſmutetur
Hec eſt fides orthodoxa: non hic error ſiue noxa.
Sicut dico ſic et credo: nec in prauam partem cedo
Inde venit bone deus: ne deſperem q̄muis reus.
Bonus mortis non deſpero: Sed in morte vitam quero
Quo te placem nil pretendo: niſi fidem quam defendo
Fidem vides, hanc imploro: leua facem qua laboro
Per hoc ſacrum catheplaſma: conualeſcat egrum plaſma.

¶ Hec tu Samuel credas, et baptiſare vt ſalueris. Sam. promitto tibi pater illorum preſentia omniũ, iam omnibus ſcriptis a me renunciatis Iudeorum, q; que iuſſeris ſingula cum effectu ſum facturus nec vnquã ad Iudaiſmum migraturus: Sed fidelis ero Chriſto Saluatori meo. Oli. Prudenter et ſalubriter verius. Nam quomõ Chriſtus: conceptus: natus: mundo mirabili (que alius nunquã hominum ſiue ꝓphetarum facit) ipſe operatus: paſſus: crucifixus: mortuus & ſepultus ſit, quomodo etiã ad inferos deſcenderit: Aſcendit ad Cœlos: Paraclito in diſcipulos miſſo, atq; ad dexteram patris ſedens, Vltimo venturus iudicare viuos et mortuos ac ſeculum per ignem. Prophetarum ſcriptis tu Samuel indies et perfectius intelliges. Scripta enim prophetarum et ipſorũ Theologorũ veriſſima ſunt & ſaluberrima. Nam vera illa neceſſitudo eſt et Chriſti glutino copulata, nõ humanis ingeniis compoſita: quam non vtilitas rei familiaris, nõ tantũ preſentia corporũ, nõ ſubdola & palpãs adulatio, ſed dei timor et diuinarũ ſcripturarũ ſtudia contingãt. Sic piter ſtatuo cũ Arneſte agendum: vt noſtra conuerſatio, Rudolphi affectio, veſtra auditio & Spiritus ſancti operatio potiſſimũ quid fruct9 et vtilitatis efficiſſe videat. Vnde omnipotẽti deo rerũ oĩm Conditori vnico & vero laus & gloria Nobis inſuper ac infima Orbis regione pegrinantib9 ſalus eterna

Perſuaſio ad litteras ſacras diſcendas

Salus eterna) Ad eam eternã ſalutẽ ea via eſſe vera cenſet: ſcilicet Iraſci viciis, tẽtatõib9 occurrere, pugnare cũ deſideriis, Ieiunia nõ horrere, Iugulare ſupbiã, humiliare gloriã, gulam caſtrare, dare mutuũ amicis. Ignoſcere inimicis, adqeſcere detrahẽtib9, afflictis compati, ꝓ miſeris miſereri, gaudere cũ gaudentibus, flere cũ flentib9, diuinis adeſſe laudibus, bonorũ cetibus intereſſe. de oĩbus querere. nihil negligere. hoc fac & viues. Eſt aũt ſalus eterna Coherere deo & ſanctis eius. Cui9 maieſtas Cœleſtis trib9 Ierarchiis circũdatur nõ clauditur ſed venerat Angelorũ. Principalis enĩ & deo proximior Ierarchia, tres cõtinet choros Angelorũ: Seraphin ſcilicet & Chernbin & Thronos. Secũda Ierarchia cõtinet Dominatões: principat9 & ptãtes. Tertia Ierachia habet Virtutes Archangelos & Angelos. quorũ oĩm officia q̄ & q̄lia ſint Dioniſiũ reſpice Vincentiũ & alios ſcriptores diuinos quãplures: ſed certũ eſt hec oĩa in vel intra Cœlũ Empireũ ſituari: qm̃ De9 claudit nuſquã: ſed potẽter vndiq; ẽ pñs. hec fides nr̃a. infra

euenait/quod Deus p̄ſtare dignetur qui trinꝰ & vnus regit ethera
ſolus. Ar. Amen. Attamen pater Oliueri arbitratur paternitas tua
his iam recitatis nos aberrantes ſufficiẽter inſtructos? Oli. Credo
equidem. Ar. ego vero nõ credo. Oli. quãobrem? Ar. eam ob rem:
quomodo poſſibile hoĩem etiã quantocũqꝫ doctum his tuis verſi
bus ſiue ricmatibas ſuccinctis & breuibus iam ſupra recitatis re/
ligione ſibi aliena poſſe tam faciliter & breuiter inſtitui ac infor/
mari? quid enim maius mirabiliuſqꝫ q̃m Deum hominem eſſe fa/
ctum? & diuinam maieſtatẽ humanitati vnitam? & hoc per verbũ
ſummi patris (quod virginis vtero factum eſt caro) diuinitus eſſe
perfectum. Et ad hoc quid difficilius q̃m diuinam eſſentiam eſſe
vnitam deitate? Ad que credendũ nulla ſcientia (vti tu ais) niſi
ſola ipſa fides ſufficit/tamẽ vt antea iam dixti de hiſdem miſteriis
Plena eſt ſcriptura ꝓphetarũ ac aliorum doctorũ plerumqꝫ verbis
& ſentenciis. Hec ergo miſteria nobis latius aperire non dedigne/
ris pater/remqꝫ gratam & ſalutarem facias deprecãti. Oli. hui hui:
tam ſtolidum caput et tardum in hiis ad credendũ que locuti ſunt
euangeliſte & prophete. Sam. eia obſeruantiſſime mi pater et do/
mine Reuerende ne animo ſiniſtro ſed pio ac paterno hanc petiti
onem noſtram feras memento pacientie domini Saluatoris Ieſu
Criſti etiã in aduerſis tacito de ꝓximi caritate/ vti. P. tue licitum
eſſe arbitror ergo nos inſcios homines: tamen ſpero lucratos &
fideles: q̃mobrẽ obſecramꝰ his patiens ſis & gratioſus. Ru. eia mi
frater obtemperandũ eſt. Oli. Ach frater tm̃ quid me tentas: Num
ſatis rem oẽm elocutus ego? Ru. ſatis equidem: verum fidelibus?
infidelibus aũt minime. Tri. mi pater memẽto cõpaſſiõis ſupioris
tue: ſcilicet ſi quid reſiduum fuerit ipſe agrediar. Oli. orſus video
quid eſt: omne ꝓmiſſum cadit in debitum. Tempus iam breue eſt:
labor vero maximus: Iam vos omnes abeuntes craſtina mane re/
uertimini ad horã ego interea me ipſum exercebo/valete. Tu fra/
ter Rudolphe mane mecum. Ar. preſtantiſſimi viri cõmotus eſt pr̃
Oliuerius et tñ iniuſtum nihil petimus. Bal. nõ mirum hoc/ onus
enim nõ modicum ſed maximũ eſt/ illis ꝓpoſitis reſpondere om/
nibus veſtris/et ſingulariter: tamẽ ea omnia humeris ipſe ſuis vo/
luntarie impoſuit/ferat ergo hec ipſe paciẽter. Ar. fiat igitur: vos
domini valete. veni tu Samuel ibimꝰ domũ: iam etiã dño Oliuerio
onus quod ferat et metã poſui. Sam. ſapienter egiſti: ſed omnibꝰ
credo reſpondebit craſtina. Ar. optime et hoc pro nobis. Bal. tu
Triphon vale/craſtina pergemus ſimul. Tri. fiat ſummo mane.

ſupra. Officia aũt angelorũ
ſunt iſta. Seraphin ſũt qui p̄
aliis caritate ardent. Cheru/
bin qui p̄ aliis ſcĩa eminent.
Troni in quibꝰ Deus ſedens
Iudicia ſua decernit. Dñatio
nes qui p̄latos q̃liter ſubdit{
dominari debeãt docẽt. Prin
cipatus aũt ſunt: qui ſibi ſub
iectis que ſunt agenda diſpo
nunt. Poteſtates qui virtutes
aduerſas refrenãt. Virtutes
ꝑ quos ſigna fiũt & miracula.
Archãgeli qui nobiꝰ maiora
dei volũtate Angeli vero qui
minora denunciant. quare ad
ſalutẽ totiꝰ humani generis
nõ angelus ſed archangelus
Gabriel miſſus eſt. Sunt autẽ
angeli ſpũs/& nõ niſi qñ mit
tuntur ad nos mortales An/
geli id eſt legati miſſi vel nũ/
cii dicunt̃. Quod aũt aĩe ele/
ctorũ intra hmõi Choros An
gelorũ recipiant̃ teſtat̃ dñs
Saluator Saduceis inquiens
nõ nubent nec nubentur: ſed
ſũt ſicut Angeli. Etiã & ꝙ in
Celo Empireo collocentur.
Sepedictũ tu lector audi Sõ/
niatorẽ Aphricanũ dicentẽ.
Erat aũt is ſcilicet locus ſplẽ
diſſimo candore inter flãmas
elucens circulus/ quem vos
orbem lacteũ nũcupatis. Eũ
circulũ & alia Cœleſtia ſcili/
cet aſtrorũ Curſus zc. Hoĩes
gentiles mediante natura et
malignorũ ſpirituũ Aeris re
gione vagantiũ ſugeſtiõibꝰ
ſcientiã adepti ſunt: & tales
philoſophi a xp̄o filii mundi
appellant̃. Sed inde nos xp̄i/
ani veriorem altiorẽ & ſuper
Cœleſtẽ diuinã & theologi/
cam ſcientiã ſcilicet. S. trini/
tatis fidem: ſedem: & gloriã:
ac Angelorũ ſacras Ierarchi
as. Sãctorũ ꝓphetarũ & etiã
dñi Saluatoris relatõibꝰ ſcru
tati ſumus: cuiꝰ ſcrutatõnis
cauſa: nos tales nõ mũdi ſed
lucis filii potius appellamur: quia lux venit in mundũ. Sed ꝓchdolor homines tenebras magis dilexerũt
q̃m lucem. quare dicit̃ Joh. i. c. Et lux in tenebris lucet et tenebre eam nõ cõphenderũt zc. Sic illã
vere lucis beatitudinẽ ex ſingulari inſpiratõe inflatus: princeps philoſophorũ Areſtotiles conſiderãs ex/
orſus eſt. i z. methaphi. dicẽs. Extra Cœlum id eſt ſupra omnes vel extra omnes Cœli Circulos nihil eſt.
Sed ſunt ibi entia optimam vitam ducentia id eſt non terrena nec celeſtia ſed ſpiritalia. Infra

❡ Drama Tredecimum.

Oliuerius	Rudolphus
Doctor	frater laicus

Oli. huius iam noue inquiſitionis Exordium aliquod congruum inuenire grauiſſimum eſt/ et tu frater mee non perpeciſti ſenectuti quoniam eorum omnium in me tu cauſa es & origo. Ru. mi frater volenti non fit iniuria/ hoc enim reſiduum tue dudum ſupra reſeruaſti paternitati. Oli. Eia/ et huius rei teſtis es? Ru. ſum inquã ſed fidelis. Oli. ſtat ſententia/ patiens omnia ſuffert: vade tu ſerue Soſia/ liberariam reſera: tu frater collationem ꝓcurato. Ru. faxo domine frater. Oli. affer tu Soſia libros ſancti Thome theologi vt laborem ſubiam pacienter.

❡ Drama Vltimum Et priori vnitũ precedenti.

Rudolphus	Oliuerius	Triphon	Balbus	Arneſtes	Samuel
laicus	Doctor	Phiſicus	Orator	apoſtota	Iudeus

Ru. frater mi Oliueri Balbus & Triphon veniunt. Oli. quid tum? Ru. eia domine frater ignoſce. Tri. Balbe quid ſi dominus oliuerius nondum ſurrexit? Bal. ſurrexit inquam/ Audin tu loquentem ſuo cum germano Rudolpho? Tri. audio/ aſcendamus preſto. Salus domĩe oliuerii. Oli. Ach ſitis ſalui: vbi Arneſtes & Samuel? Bal. iam credo ſequntur. Oli. heus tu frater quis pulſat? Ru. Arneſtes Samuel/ ipſis aperiam. o Arneſtes & tu Samuel tranſite bene & feliciter: Aſcendatis/ vos omnes expectant congregati. Ar. fiat/ bona dies patres obſeruantiſſimi. Reuerende mi præceptor et pater Oliueri gratioſus ſis: vt tale hodiernum preſens onus tua ſubiret paternitas certe facundum erat. Oli. orſus. vt rem paucis agamus Triphon tu Balbe & vos omnes auſcultate diligenter.

❡ Diuinam maieſtatem humanitati per verbũ ſummi patris vtero virginis caro factum/ pleniter & diuinitus eſſe vnitã: in Chriſto Ieſu Saluatore noſtro vtriuſq; teſtamenti corpore & ſcripturis cõpertum eſt: quod ipſum Simbolum ſanctorum Patrum tam Apoſtolicum q̃m Nicenum clarius atteſtare videtur: quorum articuli duodecim ſunt (extra quorũ fidem nemo hominũ ſaluari poteſt) iam ſequuntur & ſunt tales. Ar. o pater gratioſe dic/ & breuiꝰ quo poteris. Sam. nõ breuius præceptor mi/ ſed clare copioſe: vti melius tue videbitur magnificentie. Oli. Ach ach/ quis vnquã duobꝰ dominis diuerſa ꝑcipiẽtibus cõplacere potuit? Ru. ne curato frater Arneſtẽ: facito vti lubet. Tri. bene: ita eſt licitum. Oli. vt oĩbꝰ tñ ꝓ parte queã cõplacere. ❡ De diuinitate Chriſti & hũanitate/ in preſentiarum fore arbitror dicere neceſſarium: circa que totam

Infra. Sed quo ad Cœlorum circulos. Conſtat totã mũdi machinã cõſiſtere in duobus Cœleſti ſcilicet natura & Elementari. Cœleſtẽ vero naturam in tres cœlos diſtiugue principales certũ eſt/ Empireũ ſcilicet Criſtallinũ & firmamentũ. Intra firmamentũ vero quod eſt Cœlũ ſtellatũ cõtinent̃ ſeptẽ orbes planetarũ: quorũ primꝰ ẽ Saturni: Secũdus Iouis. Terciꝰ Martꝭ Quatꝰ Solis. Quintꝰ Venerꝭ Sextus Mercurii. Septimꝰ Lune. Noĩe aũt Cœli Criſtallini ſiue aquei intelligit̃ prima ps materie ꝑme/ que in duos orbes formata dinoſcit̃: quorũ ſupior eſt primum mobile Iſtorũ orbiũ natura ẽ ꝙ oẽs mouẽtur excepto Cœlo Empirreo quod firmũ ẽ & quietũ Et hoc de natura Cœleſti. Natura aũt Elemẽtaris ĩ quatuor diſtinguit̃ ſperas principales Ignis. ſcilicet Aerꝭ: terre & aque. Spera ignis tria habet interſticia videlicet ſup̃mũ quod ẽ igneũ Mediũ & infimũ quod dicit̃ olimpeũ Aer ſimiliter tria habet interſticia ſup̃mũ ſcilicet quod vocatur Ethereũ. Mediũ ac ĩfimũ quod dicit̃ Aereũ. Et in ſup̃mo ẽ calor et lux ꝓpter ſolis ꝓpinquitatẽ. ſimiliter & in infimo ꝓpter radiorũ a terra reflectionẽ. In medio aũt eiuſdem Aeris ĩterſtitio ad quod talis reflectõ calorꝭ attigere nõ pt̃ ibi eſt ſũma frigiditas vbi dicunt̃ habitare demões & in hũc Aerẽ caliginoſũ detruſi. ibi fiũt tempeſtates tonitrua ꝛc. hec modica De his maximis ſufficiant.

Nota Exordium.

noſtram fidem Chriſtianã verſari neceſſe eſt: vti Chriſtus ipſe Saluator & dñs noſter latius ꝓteſtat inquiẽs: ſcilicet. Creditis in deũ & in me credite. Ibi tria principaliter occurrũt cõſideranda. Vnitas ſcilicet eſſentie. Trinitas pſonarum: & effectus virtutis diuine — Diuinitas Chriſti.

Primus ergo fidei Articulus eſt. Vt diuine credamus vnitatẽ eſſentie. Secundũ id ꝓpheticũ: Audi iſrael dominus deus vnus eſt. Cõtra quẽ Articulũ plures errores occurrũt. Primus ſcilicet gentiliũ qui plures vt ſupra enumeratum eſt deos deasq; induxere: Contra quos dicit ꝓpheticũ illud. Non habebis deos alienos coram me. — Articulus primus. Deutro. ſexto. ca. Exo. viceſimo caplo

Secũdus error eſt Manicheorũ: qui ponũt duo prĩcipia principaliter eſſe vnũ a quo oĩa ſunt bona: & aliud a quo omĩa ſunt mala. Contra quos dicit p ꝓphetã. Ego dñs & nõ eſt alter deus formãs lucẽ & creans tenebras & faciens pacẽ & creans malum: ego dñs faciens oĩa hec. — Manichei. Iſaie q̃drageſimoqnto. c.

Tercius eſt error Antroſpoſitarũ: ponentiũ quidem vnum deũ corporeũ ad humani corporis modũ formatum. Contra quos dicit p euangeliſtã Spũs eſt deus. Et p ꝓphetã. Cui ſimilẽ feciſtis Deum: aut quã Imaginẽ ponetis ei. — Antroſpoſite. Iohãnis quarto caplo. Iſaie quadrageſimo.

Quartus ẽ error Epicureorũ: dicentiũ: q Deus nõ habet ſcientiã aut vllam ꝓuidentiam de rebus humanis. Contra quos dicitur Petri vltimo. Omnẽ ſolicitudinẽ ꝓicientes in eum: quoniã ipſi cura eſt de vobis. — Epicuri. Petri vltimo

Quintus error ẽ adhuc quorundã philoſophorũ gentilium: dicentium Deũ nõ oĩpotentẽ eſſe: ſed ſolum poſſe que naturaliter fiũt. Contra quos dicit pſalmiſta. Omnia quecũq; voluit dñs fecit. — Certi philoſophi gentiles. Pſalmiſta

Omnes ergo iſti erronei & detractores fidei derogãt vnitati diuine eſſentie et pfectioni. Quare contra errores tales ponitur in Simbolo. Credo in vnum deum patrem omnipotentem

❡ Secundus Articulus eſt q tres ſunt perſone diuine in vna eſſentia: Iuxta ſcripturã ſacrã ibi ſcilicet: tres ſunt qui teſtimoniũ dant in Cœlo: Pater: Filius: & Spũs ſanctus: & hii tres vnũ ſunt. — Articulus Secundus. prima Canonica Iohãnis vltimo.

Cõtra quem etiam Articulum plures errores ſurrexerunt. Primus ſcilicet Sabelli qui poſuit vnam eſſentiam negando trinitatẽ perſonarum dicens q vna perſona dicitur: quãdoq; Pater: qñq; Filius: & qñq; Spũs ſanctus. — Sabelliani

Secũd9 error Arrii qui poſuit tres pſonas ſed eſſentie abnegans vnitatẽ: dicendo filium eſſe alterius ſubſtantie a patre: & eſſe creaturã & minorem patre: et non coequalẽ vel eternũ ſed incepit eſſe poſtq̃m non fuerat. — Arriani. De morte eiuſdem cõdigna. vide ĩ Vin. li. 14. c. z. ptis ſecunde.

Contra quos duos huiuſmodi errores dicit Euangeliſta. Ego et pater vnum ſumus. quia vt dicit beatus Auguſtin9: q dicit euãgeliſta vnũ: liberat te ab Arrio. Qd dicit pluraliter ſcilicet ſumus liberat te a Sabellio. — Iohãnis decimo caplo

Tertius error eſt Eunomii qui poſuit filium diſſimilem patri. Contra quos dicit — Eunomiani

Colloceſes. primo caplo
Macedoniſte
ſcďa Corin. tercio caplo.
Greci.
Ioh. decimoqrto cap.

apl'us. Qui eſt imago inuiſibilis. Quartus eſt error Macedoni qui poſuit ſpm̃ ſanctũ creaturã. Cõtra quẽ dicit apl'us Dñs autẽ ſpũs eſt: & vbi ſpũs domini ibi libertas. Quintus error Grecorũ eſt qui dicunt Spm̃ ſanctũ ꝓcedere a patre & nõ a filio. Contra quos dicitur in euangelio Paraclitus autẽ ſpũs ſanctus quẽ mittet pater in noĩe meo: quia ſcilicet eum mittit pater tanq̃m ſpm̃ filii & a filio ꝓcedentẽ. Vt euangeliſta latius inquit. Ille me clarificabit quia de meo accipiet dicit xp̄us. Cõtra quos predictos errores dicitur in Simbolo. Credo in deũ patrẽ zc. & in filiũ ei9 vnigenitũ non factũ cõſubſtantialẽ patri ꝑ quẽ oĩa facta ſũt zc. Et in ſpm̃ ſanctũ dñm & viuificantẽ: qui ex patre filioq; procedit.

Tercius articulus
Geneſis primo capitulo.
Verius pſalmiſta
Errores ſex ſequentes
Et primus Democriti
Pſalmiſta.
Secũdus error platonic9
Pſalmiſta
Tertius error Areſtotelis
Geñ. primo caplo
Quartus error Manichei.
ad Hebreos vndecimo. c.
Quintus error Simonis magi.
Actuũ decimoſeptimo. c.
Sextus error
Ioh̃. triceſimoqrto. cap̃

Tercius Articulus videlicet de effectu diuine virtutis ad creationem rerum pertinẽs ẜm illud. Dixit & facta ſunt, mãdauit & creata ſunt. quo articulo q̃mplures errauerunt. & hoc ſex erroribus diuerſis. quorũ primus eſt error Democriti & Epicuri dicentiũ ꝙ neq; materia mundi nec ipſa mundi compoſitio eſt a deo: ſed mũdus caſu eſt factus ꝑ concurſum corporũ indiuiſibiliũ, que ipſi rerum principia oĩm eſtimabant. Contra quos dicit' in pſalmis verbo dñi Cœli firmati ſunt: & ſpũ oris eius omĩs virtus eorũ. & hoc ẜm ratõem eternam & nõ a caſu. Secũndus error eſt Platonis Anaxagore, qui poſuerũt mundũ factum a deo ſed ex materia p̄iacẽte. Contra quos pſalmiſta. Mandauit & creata ſunt id eſt facta ex nihilo. Tercius eſt error Areſtotelis, qui poſuit mundũ factum non a deo, ſed fuiſſe ab eterno. Contra quẽ dicitur. In principio creauit deus Cœlum & terrã. Quartus eſt error Manicheorũ: qui poſuerunt Deũ creatorẽ eſſe inuiſibiliũ, viſibilia vero facta a dyabolo. Contra quos dicit apoſtolus. fide intelligim9 apta eſſe ſecula verbo dei, vt ex inuiſibilibus viſibilia fierent. Quintus eſt error Simonis magi & menãdi diſcipuli eiuſdem ac multorũ ſequentiũ eoſdẽ qui creationẽ mundi nõ deo ſed angelis eiuſdem attribuere. Contra quos dicit apl'us. Deus qui fecit mundũ & omnia que in eo ſũt hic Cœli & terre cum ſit dñs. Sextus eſt error eorum qui dixerunt Deũ ꝑ ſemetipm̃ nõ gubernare mundũ: ſed per quaſdã poteſtates ſibi ſubiectas. Contra quos dicit Iob. 34. caplo. quẽ cõſtituit aliũ ſuper terram zc. quare cõtra huiuſmodi errores dicit' in Simbolo factorem Cœli & terre viſibiliũ omniũ & inuiſibiliũ.

Item de formatõne rerũ id eſt mundi creatione et hoĩs. Notat Vin. li. 25. c. cen. et. 25. ac. 6. ibidẽ pulcra & pulcerrima Miſteria. ptis tercie eiuſdem. In hac hoĩs creatiõe due ſunt opiniones: vna Iudeorũ q̃ vult oẽs aĩas hominũ ab initio eſſe creatas: & nõ venturũ diẽ iudicii vel conſumatõis mundi, donec omnes incorporentur. Alia vero materia & vera opinio, animas ſemp a nouo creari atq; infundi zc.

Articulus quartus
ad Roma. tercio. c.

Quartus Articulus eſt effectus gratie ꝑ quã a deo iuſtificamur. Vt dicit apl'us. Iuſtificati gratis ꝑ gratiã ipſius ſcilicet dei. Et hoc Articulo omĩa comp̄hendunt' Sacramẽta eccleſiaſtica & quecũq; pertinẽt ad eccleſie vnitatem & dona ſpũs ſancti ac hoĩm iuſticiã:

De quibus ſacramẽtis breuitatis cauſa modo ſupſedendũ cenſeo: alios errores circa hunc articulum dicturus. Ar. dic Pater mi Reuerende. Oli. faxo. Error vnus eſt & ordine iam primus Cherinti & Ebeonis ac Nazareorum qui gratiam Chriſti non ſufficere dicebant ad ſalutem nisi etiam circumciſione & aliorum veteris legis mandatorum ritibus obſeruatis. Contra quos dicit apoſtolꝰ. Arbitramur iuſtificari hominem per fidem ſine operibus legis.

Error Cherinti et Ebeonis ac Nazareorum
ad Rom̃. tertio. c.

¶ Secundus eſt error Donatiſtarũ qui gratiam Chriſti in Affrica ſolum remanſiſſe poſuerunt: quia ibi totus mundus alius cõmunicabat Celiciano Cartaginenſi Epiſcopo quem ipſi Donatiſte damnauerunt in hoc Eccleſie vnitatem negantes. Contra quos dicit apoſtolus ꝙ in Chriſto Ieſu non eſt gentilis & Iudeus. Circumciſio et preputium: Barbarus et Scita: ſeruus & liber ſed & omnia in omnibus Chriſtus.

Donatiſte
ad Collo. tercio. c.

¶ Tertius eſt error Pellagianorum qui Primo negauerunt peccatũ originale eſſe in paruulis. Contra quos dicit Apoſtolus. Per vnum hominẽ peccatum in mundũ intrauit. Et pſalmiſta. Ecce em̃ in iniquitatibus conceptus ſum et in peccatis meis cõcepit me mater mea. Secũdo dicunt ꝙ principiũ boni operis & hominũ a ſeipſo conſumatio autem a deo ſit. Cõtra illud Apoſtolus dicit. Deus eſt qui operatur in nobis & velle & proficere pro bona voluntate. Tertio ipſi dicunt: Gratiã dei hominibus dare ſm̃ ſua merita. Contra quod Apoſtolus dicit. Si aũt gratia iam non ex opibus: alioquin gratia non eſt gratia.

Pellagiani
Ad Ro. quinto. c.
Pſalmiſta
Ad Philippẽ. z. c.
Ad Rom̃. xi. cap̃.

¶ Quartus eſt error Origenis qui animas omnes creatas ſimul cum angelis poſuit: & pro diuerſitate eorum que ibi egerunt quoſdam homines vocari a deo per gratiam quoſdam vero in infidelitate relinqui: Quare aliquãdo angelos etiam apoſtatas id eſt dybolos ex nimia miſericordia dei dixit fore ſaluandos: Iuxta pſalmiſtã. Non in eternum iraſceris nobis. ſuper quibus tamen male prolatis moriturus penituit. Contra que iam narrata Aplus dicit. Cum nondum nati eſſent aut aliquid boni aut mali egiſſent dictum eſt ꝙ maior ſeruiat minori.

Error Origenis
De hoc errore et penitentia infra in margine circa finem
Ad Ro. nono. c.

¶ Quintus error eſt Cathafrigarũ hoc eſt Montani Priſce & Maxille dicentiũ prophetas fuiſſe arrepticios & male ſine ſpiritu ſancto ꝓphetaſſe. Cõtra quos dicit Princeps apoſtolorũ: non enim voluntate humana allata eſt aliquãdo ꝓphetia ſed ſpiritu ſancto inſpirati locuti ſunt Sancti dei homines. dicunt etiam ꝙ promiſſio de aduentu ſancti ſpiritus nõ fuit in apoſtolis completa ſed in eis. Contra quod dicit aplus Paulus. Et factus eſt repente de Cœlo ſonus tanq̃m ſpũs vehemẽtis & repleuit totam domum vbi erant ſedentes. ¶ Sextus eſt error Cerdonis

Error Montani Priſte et Maxille.
ſcd'a Canonica Pe. i. c.
Actuum. z. cap̃.
Error Cerdonis

qui primo dixit Deum legis & ꝓphetarum non eſſe patrē Chriſti:
nec bonum deum eſſe ſed neq; iuſtum. Patrem vero Chriſti bonū
Manichei
quem et Manichei ſecuti ſunt. Contra quos dicit Apoſtolus. Lex
Ad Ro.ſeptimo.c.
quidem ſancta ei & mandatum ſanctum Iuſtum & bonum: quod
ante promiſerat Deus per prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis de
Alius error & ſepti-
filio ſuo. ¶ Septimus error eſt illorum qui dixerunt quedam que
mus.
ad perfectionem vite pertinent/ eſſe de neceſſitate ſalutis: quorū
quidam qui arrogantiſſime ſe Apoſtolos prouocauerunt nullam
ſpem putant ſalutis habere eos qui coniugibus vtuntur propria
Caciani
poſſidendo. Alii vero qui Caciani dicuntur carnibus non veſcun
tur omnino abhominādo eaſdem/ ſm illud dictum Apoſtoli: Do-
centes abſtinere a cibis zc. dicunt etiam Iuſticia hominē nō poſſe
Euangelia.
ſaluari/ niſi oret continuo: iuxta illud euangelicū dictum: ſcilicet
oportet ſemper orare & non deficere: quod tamē ita intelligi de-
ad Corin.ſexto.c.
bet vt nulla dies obmittatur ſine oratione. Contra quos oēs/ apl's
dicit. Omnia mihi licent: ſed non omnia expediunt: ex hoc datur
intelligi/ ꝙ licet aliqua a ſanctis viris aſſumantur tanquā expediē-
Error Iouiniani
tia/ non tamen propter hoc oppoſita reddūtur illicita. ¶ Octa-
uus error eſt eorum qui dicunt Econtrario/ opera virtutum non
eſſe preferenda communi vite fidelium: ſcilicet virginitatem non
prime Cor.ſeptīo.c
eſſe preferendam coniugio. Contra quod dicit Apoſtol9. qui Ma
trimonio iungit filiam ſuam bene facit/ qui non iungit melius.
Dicit etiā idem Erroneus Iouinianus ꝙ voluntaria paupertas nō
Math.nono.c.
ſit preferenda virtutis merito diuitiarum facultatibus. Contra qđ
dicit Chriſtus: Si vis perfectus eſſe/ vade & vende omnia que ha-
Error alius
bes & da pauperibus & ſequere me. ¶ Nonus eſt error negantiū
prima Canonica Ioh.
liberum arbitrium vti Sabbellius Hereſiarcha dicit ſcilicet aīas
ſecundo capl'o.
que ſunt male creationis non poſſe non peccare. Contra qđ dicit
Error Priſtillianiſtarū
euangeliſta. Hec ſcribo vobis vt non peccetis. ¶ Decimus error
et Mathematicorum.
Priſtillianiſtarū et etiam Mathematicorū dicentium homines fa-
talibus eſſe ſtellis colligatos/ ita ꝙ eorum opera ſint neceſſitati
Ieremi.x.c.
Aſtrorū ſubiecta. Contra quos dicit diuinus ille Princeps doctor
Alius error
& ꝓpheta Ieremias. A ſignis Cœli ne timueritis que gentes timēt.
¶ Vndecimus eſt error dicentium ꝙ homines gratiam dei & cha
ritatem habentes peccare non poſſunt: Ita ꝙ aſſerunt eos qui ali-
Apocalip.z.c.
quando peccant nunquā habuiſſe charitatem. Contra quod dicit
Alius error
euangeliſta Iohannes/ Charitatem tuam primā reliquiſti/ memor
eſto vnde excideris. ¶ Duodecim9 eſt error eorum qui ea que ab
eccleſia dei vniuerſaliter ſtatuta ſunt dicunt nō eſſe ſeruāda: ſicut
Arriani qui dicunt ſtatuta Ieiunia non eſſe ſolenniter celebranda:

ſed cum quis voluerit ieiunet ne videat eſſe ſub lege. Cõtra quos omnes iſtos errores dicitur in Simbolo apoſtolorũ: Sanctam ecclesiam Catholicam: ſanctorũ cõmunionẽ remiſſionẽ peccatorũ Et in Simbolo patrum dicirur qui locutus eſt p pphetas & vnã ſanctam Catholicam & apoſtolicam eccleſiam. Confiteor vnum Baptiſma in remiſſionem peccatorum.

¶ Quintus nunc reſtat Articulus et hic de reſurrectione mortuorum ad cuius approbatõem loquitur apoſtolus dicens. Omnes quidem reſurgemus. Contra quem plures errores occurrunt. Primus error eſt Valentini qui carnis reſurectionem negauit cũ aliis hereticis q̃m pluribus. Contra hoc dicit Apoſtolus. Si autẽ Chriſtus predicatur ꝙ reſurrexit a mortuis. Secundus eſt error Vincencii et Fileti. Contra quos dicit Apoſtolus: ꝙ a veritate exciderunt dicentes reſurrectiõem iam factam vel quia non credebant reſurrectõem niſi ſpũalem vel quia nõ dicebat alios reſurrecturos niſi illos q cum xp̄o reſurrexerũt. ¶ Tercius eſt error quorundã modernorũ hereticorũ qui dicunt reſurrectionẽ futurã nõ tantũ eorundẽ corporũ terrenorũ ſed anĩe reſument corpora Cœleſtia Contra quos Ap̄lus inquit ſic: ſcilicet oportet autẽ corruptibile hoc induere incorruptionẽ. ¶ Quartus eſt error Siricii Patriarche Conſtãtinopolitani qui poſuit ꝙ corpora nr̃a erunt aeri vel vento ſimilia: vt Origenes narrat in.14.moraliũ. Contra quẽ dñs Saluator noſter dixit in euangelio Palpate et videte. Q̃muis ap̄lus Paulus dicat: ꝙ reformabit corpus humiliratis noſtre configuratum corpi claritatis ſue. ¶ Quintus eſt error corpora humana in reſurrectione in ſpiritũ vertenda dicentium. Contra quos Criſtus in euangelio dicit Spiritus carnem et oſſa non habet. ¶ Sextus eſt error Cherinti qui mille annos poſt reſurrectionem in terreno regno Chriſti fabulatur futuros in quibus homines carnales: ventris ac libidinis voluptates habebunt. Contra quod dicit Chriſt9 in euangelio: In reſurrectione neq; nubent neq; nubẽtur. Quidam etiam Erronei dixerunt: ꝙ poſt reſurrectionem mortuorum in eodem ſtatu in quo nunc mundus eſt manebit. Contra quos dicit Cœleſtis ille Secretarius Chriſti Iohãnes: Vidi Cœlum nouum & terram nouam. Et Apoſtolus Paulus dicit: ꝙ ipſa creatura liberabitur a ſeruitute corruptionis in libertatem glorie filiorum dei. Propter quos denominatos errores in Simbolo dicitur. Carnis reſurrectionem. Et in Niceno expecto reſurrectionẽ mortuorũ.

¶ Sextus Articulus ad diuinitatis vltimum pertinens effectum

Articulus Quintus prima ad Cor.15.c.

prima Cor.15.c.

Errores

Alius Error

prima Corin.15.ca.

Error Siricii.

Luce vltimo.cap̄lo.

Ad Philipenſ.3.c.

Alius error

Luce vltimo.c.

Error Cherinti

Math.21.c.

Apocalip.21.c.

ad Rom̃.8. cap̄lo.

Articulus Sextus.

c

Pſalmiſta

qui effectus eſt remuneratio bonorū & punitio malorū⸗ ſm Pſal⸗
miſtam. Tu reddis vnicuiq; iuxta opera ſua⸗Contra quē Articulū

Error Primus
Arabs & Zenonis
ad Philip.1.c.
Apocalip.6.cap.

multi errores fuerunt:quorū Primus eſt dicentiū⸗ ꝙ aīa moritur
cum corpe: ſicut Arabs & Zenon dixerunt. vt recitatur libro de
eccleſiaſticis dogmatibus. Contra quē dicit apl'us. Deſideriū hn̄s
diſſolui & eſſe cū Xp̄o⸗& euangeliſta Iohānes:vidi ſub altare Dei

Error Origenis

animas interfectorū ꝓpter verbū dei. ¶ Secūdus eſt error Orige⸗
nis⸗qui poſuit demones & homīes damnatos iterū poſſe purgari
& in gloriā redire⸗& angelos ſanctos ac hoīes beatos iterū poſſe

Euangelia
Alius error

ad mala reduci:quod eſt cōtra euangeliſtā ibi ſcilicet. Ibunt hii in
ſuppliciū eternum. Iuſti aūt in vitam eternā. Tercius error eſt di⸗
centiū⸗ꝙ oīa premia & omēs pene malorū erunt equales. Contra

prima Corin.15.c.
Mathei.xi.c.
Alius error
notandus

primū dicitur ꝑ apl'm ſcilicet. Stella em̄ differt ab alia in claritate.
Contra ſcd'm dicit Chriſtus in euāgelio. Tiro & Sydon remiſſius
erit in die Iudicii q̄m vobis. Quartus eſt error aliorū quorundam
dicentiū animas malorū nō ſtatim poſt mortē deſcēdere ad infer⸗
num: nec aīas ſanctorū ante diem Iudicii paradiſum ſiue Cœlū

Luce.16.cap'o.
ſcd'a ad Corin.5.c.

intrare. Cōtra quos dicit euāgeliſta. Mortuus eſt diues & ſepult⁹
eſt in inferno. Et apl'us. Scimus em̄ ſi terreſtris dom⁹ noſtra hui⁹
habitatōis diſſoluat' Domū habemus nō manu factā conſeruatā

Error dicentium nō
eſſe purgatorium
prima Corin.3.ca.

in Cœlis. Quintus eſt error dicentium nō eſſe purgatoriū aīarum
poſt mortem: earū ſcilicet qui in charitate decidentes aliquid pur
gabile habent. Contra quos dicit apoſtolus ſcilicet. Si quis edifi
cabit ſupra fundamentum. prima Corinth̄. tercio. c. Contra quos
errores dicitur in vtroq; Simbolo. Vitam eternam Amē. vel ven⸗
turi ſeculi Amen. Iam domini mei Triphon et tu Balbe ac vos Ar
neſtes et Samuel articulorum(qui circa Chriſti diuinitatem ver⸗
ſati ſunt) ſecreta vos omnes ſufficienter audiſſe non ambigo.
Nunc de hiis que circa humanitatē domini Saluatoris Ieſu Chri⸗

Humanitatis xp̄i
Articulus ſeptimus

ſti vagantur dicere videtur eſſe neceſſarium. Tri. Peroptime pro⸗
cedis pater. Oli. Iam reliqui humanitatis Criſti articuli occurrūt:
quorū ſunt ſex⸗& iam Prim⁹ ſequit' ordine & eſt talis. Qui ꝓpter
nos hoīes & ꝓpter noſtrā ſalutē zc. qui circa Criſti Conceptionē

Iſaie.7.capitulo
& Mathei.1.cap.
Error Capocratis
Charinthi.
Ebibionis & fortimi.

Natiuitatē vagatur vt dicit' Mathei ꝓphetico ore. Ecce virgo cō⸗
cipiet et pariet filiū & vocabitur nomen eius emanuel. Cōtra quē
Articulum errores multi fuerunt. quorū primus eſt dicentiū. Chri
ſtum fuiſſe purū hominē⸗ & ꝙ non ſemꝑ fuit: ſed a Maria virgine
ſumpſiſſe initium. Contra quos dicit apl'us. Ex quibus Chriſtus

ſm carnem qui eſt ſuper omnia deus benedictus Amen. Et chriſt9 in euangelio inquit. Anteq̄m Abraham fieret Ego ſum. ¶ Secundus eſt error Manicheorum Chriſtum habuiſſe fantaſticū corpus dicentium. Contra quod eſt illud euāgelicum: Spiritus carnem & oſſa non habet. Et aliud: Thoma infer digitum tuum huc & vide manus meas zc. ¶ Tercius eſt error Valentini qui dixit Chriſtum Cœleſte corpus attuliſſime/ Nihilq; aſſumpſiſſe de virgine: ſed p illam tanquā per vitrum aut fiſtulam ſine carnis aſſumptiōe tranſiſſe. Contra quod dicit Apoſtolus. Miſit deus filium ſuum factū ex muliere. ¶ Quartus eſt error Appollinaris/ qui dixit aliquid verbi fuiſſe in carnem conuerſum aut tranſmutatum/ non autem de carne virginis ſumptū. Contra quod dicit Euangeliſta. Et verbum caro factum eſt/ id eſt homo: quia ſubditur. Et habitauit in nobis: quia nobiſcum conuerſatus ſm illud propheticum videbit omnis caro pariter q̄ os domini nomiauit. ¶ Quintus eſt error Arrii qui poſuit Chriſtum humanam animam non habuiſſe: ſed verbum loco fuiſſe anime. Contra quod dicit euangeliſta. Nemo tollit a me animam meam/ ſed ego ponam eam/ et iterum ſumam eam. ¶ Sextus iterum eſt error Appollinaris/ qui cum predicto teſtimonio et aliis conuincetur/ humanam animam Chriſtum ſcilicet habuiſſe: tunc inde poſuit q̄ Chriſtus non habuit intellectū humanum/ ſed verbum dei/ loco intellectus. Contra quod Chriſtus ſe hominem confitetur in euangelio inquiens: quid me queritis hominem interficere qui veritatem locutus ſum. ¶ Septimus eſt error Euticii/ qui poſuit in Chriſto vnam naturam compoſitā ex diuinitate & humanitate. Contra quem errorm dicit Apoſtol9 qui cum in forma dei eſſet formam ſerui accepit/ ibi manifeſte duas in Chriſto diſtinguit naturas/ diuinam ſcilicet et humanam.

¶ Octauus eſt error Monochelitarum vnam in Chriſto ponentium ſcientiam & voluntatem. Contra quos dicit Saluator in paſſione: Nō ſicut ego volo/ ſed ſicut tu pater. Vbi clare alia voluntas humana alia diuina/ que communis et Patri & filio conſideratur.

¶ Nonus eſt error Neſtorii. qui Chriſtum poſuit Deum perfectū & tamen aliā dixit perſonam hominis Aliam dei/ & q̄ non ſit facta vnio dei & hominis in vna perſona Chriſti/ ſed ſolum ſm gratie inhabitationem. Ita q̄ negat beatam virginē Mariam eſſe matrem dei/ ſed dicit eſſe matrem hominis Chriſti. Cōtra quod dicit euangeliſta: quod ex te naſcetur ſanctum/ vocabitur filius dei.

¶ Decimus error eſt Carpocratis/ qui Criſtum hominē de vtroq; parente natum mentitur: quare euangeliſta dicit Anteq̄m conue

Error alius — Luce vlti. c. & Iohānis. zo. c. ſimiliter — Error Valentini — Ad Galla. tercio. c. — Error Appollinaris. — Iohānis. 1. capl'o — Iſaie. 40. capitulo — Error alius — Iohānis. x. c. — Alius error Appollinaris — Iohānis ſeptimo. c — Error Euticii. — ad Philip. z. ca. — Error Monochelitarum — Math. z5. capitulo. — Error Neſtorii. — Luce. i. c. — Error Carpocratis — Mathei. i. capl'o.

c

Error Elindii.
Ezechielis.44.c.

nirent inuenta eſt in vtero habēs. ¶ Vndecimus eſt error Elindii dicētis/ꝙ poſtq̄m btā virgo pepit xp̄m/tunc ex Ioſeph inde p̄res filios genuit. Contra quod dicit̄ p ꝓphetā. Porta hec clauſa erit & nō aperietur:& vir nō tranſibit p eam/q̄m Deus iſrael ingreſſus eſt p eam. Contra quos errores dicit̄ in Simbolo Apoſtolorum. Conceptus de ſpiritu ſancto Natus ex maria virgine. In Simbolo patrū. Qui ꝓpter nos homīes & ꝓpter noſtrā ſalutem deſcendit de Cœlis. Et incarnatus eſt zc. Et homo factus eſt.

Articulus Octauus
Mathei.zo.c.
Error Manicheorū
Iſaie.53.c.
Error Gallani
prima Petri.3.c.

¶ Secūd9 Articul9 hūanitatis Criſti eſt amara paſſio ei9 & nobis glorioſa ſm qd̄ dicit dn̄s per euangeliſtā. Ecce aſcendimus hieroſolimā/& filius hoīs tradet̄ Principibus ſacerdotū/ & cōdemnabunt eum/gētibus tradendo ad illudendū:flagellandū:& crucifigendū. Cōtra quē Articulū p̄res etiā errores extiterūt. Prim9 error Manicheorū qui ſicut corpus Chriſti fantaſticū aſſerūt/ita paſſionem Chriſti nō in veritate:ſed in fantaſia quadā agitatā arbitrant̄ Cōtra quod dicit ꝓpheta. Vere languores nr̄os ipſe tulit. Secūd9 error eſt Gallani qui in xp̄o vnā poſuit naturā: ſed incorruptibilē & immortalē. Contra quem Princeps ap̄lorum. Chriſtus ſemel ꝓ peccatis noſtris mortuus eſt/Iuſtus ꝓ iniuſtis/vt nos offerret deo Contra quos errores dicitur in Simbolo. Crucifixus mortuus et ſepultus.

Articulus Nonus
Mathei.zo.c.
Error Corinthi
ad Corin.15.c.
Error Origenis
ad Rom̄.6.c.

¶ Tercius Articulus eſt glorioſa Criſti a mortuīs reſurrectio: vt dicit̄ in euangelio. Et die tercia reſurget. Cōtra illū articulū eſt error ipſi9 Corinthi qui dicit xp̄m nō ſurrexiſſe ſed ſurrecturū eſſe. Cōtra qd̄ dicit Ap̄lus. Reſurrexit tercia die ſm ſcripturas. Scd̄us error dr̄ Origenis:ſcilicet/ꝙ iterū paſſur9 ſit ꝓ demonib9. Cōtra qd̄ dicit ap̄ls:Xp̄s reſurgēs ex mortuis/iā nō morit̄ zc. cōtra hos errores dicit̄ in Simbolo. Tercia die reſurrexit a mortuis.

Articulus Decimus.
ad Ephe.4.c.
Actuū.z.c.

¶ Quartus Articul9 Xp̄i deſcēſum ad inferos Corpe in ſepulcro qeſcente nobis declarat. Vt ap̄lus dicit/deſcēdit primo ad inferiores partes terre. Vnde dicitur in Simbolo: Deſcēdit ad inferna: quod quidā erronei cōtradicūt ſcilicet xp̄m deſcendiſſe p ſe ip̄m. q̄muis ap̄lus Petrus dicat:ꝙ nō eſt derelictus in Inferno.

Articulus Vndecimus
Iohānis.zo.ca.
Error Gelucianorū
Mathei vltimo

¶ Quint9 Articulus eſt. Xp̄m aſcēdiſſe in Cœlū. vnde Euāgeliſta Aſcendo ad patrē meū & patrē vr̄m. Cōtra hunc Articulū ē error Gelucianorū q negant xp̄m in carne ad dexterā ſedere dei patris. Cōtra qd̄ dicit Mathe9 vltimo ſuo.c. Dn̄s quidā Ieſus poſtq̄m locut9 eſt eis/Aſſūpt9 eſt in Cœlū & ſedet ad dexterā p̄ris. Vn̄ dicit̄ in Simbolo. Aſcēdit in Cœlū ſedet ad dexterā dei p̄ris oīpotētis.

Articulus Duodecimus

¶ Sextus & ordine vltim9 Articulus eſt de Aduētu xp̄i ad iudiciū

¶ Error Origenis. Hic Origenes multis errauit q̄muis plura diſertiſſime ſcripſerit & ſolēniter. Errauit enim cū male ſenſit de filio & peius de ſpū ſctō: animarū & de cœlo Angelorū ruinas male ꝓtulit/ veram carnis reſurrectōem negauit/poſt multa autē ſecula vnā de omnib9 fore reſtitutionē aſſeruit: ſup quibus tamē ꝓlatis ipſe penituit ſcilicet in libello a ſe edito qui dicitur Planctus Origenis. De his vide in Vin. libro decimo.c.44.et ſequētibus partis prime.

De quo idē xp̄s Saluator dicit. Cū venerit fili⁹ hoīs in Maieſtate — Mathei.15.capitulo
ſua zc. Tunc ſedebit in ſede Maieſtatis ſue/ & omēs angeli cum eo — & Luce.21.capitulo
De quibus dicit Princeps apoſtolorū Petrus. Hic eſt qui cōſtitu- — Actuū.10.capitulo
tus eſt a deo Iudex viuorū & mortuorū/ id eſt bonorū & malorū/
ſiue eorum qui iam mortui ſunt & eorū qui in aduētu Iudicis viui
īueniētur. Et circa hūc Articulū de quib⁹ dicit apl̄us Petrus: ſcili — ſecūda Petri.3.capl̄o.
cet veniēt in nouiſſimis dieb⁹ in deceptōem illuſores iuxta ꝓpri-
as cōcupiſcētias ambulātes/ dicētes vbi nunc eſt ꝓmiſſio aut ad-
uentus eius. Contra quos patiens ille Iob.x.c. dicit Fugite a facie
gladii: qm̄ vltor iniqtatis eſt gladi⁹/ & ſcitote eſſe Iudiciū. Vn̄ dici
tur in Simbolo Inde ventur⁹ eſt iudicare viuos et mortuus. Inde
ſeqtur Credo in ſpm̄ ſanctū: ſanctā eccleſiā: a quib⁹ ipſa nr̄a ſeptē
Sacramēta fluxere & emanarunt/ circa q̄ doctores ſacri cōſpiciā-
tur lati⁹ & diligēti⁹. Sic hec breuiter ꝓlata Vos dn̄i mei & tu Ar-
neſtes ac tu Samuel cordi accipite/ & ſentietis inde quis fructus
quodq; meritū ceſpitātibus vobis eueniat. Sam. O pater humaniſ
ſime effecit Deus (tua vere credat paternitas) ꝙ hanc ſalubrē mi-
rabilem & diuinā Inſtitutōem Arneſtes ſua audatia a te q̄ſi inuito
extorſit: ſed acta ſunt hec nō dubito cooperāte ſeptiformis ſpūs
gr̄a. Oli. ergo nunc quid reſtat. Ar. pater nihil penit⁹/ niſi vt colla
noſtra in cunctis prompti & fideles tue ſuauiſſime ac ſublimi ſub
mittamus paternitati: tn̄ paucis adhuc pater auſculta. Num nos
renaſci oportet? Oli. Oportet quidē qui renatus nō eſt vt renaſca — Iohānis tertio.c.
tur: tu autē Arneſtes renatus fuiſti. Vobiſcum igitur agendum qd
ſit/ loci ordinarium conſultum habebim⁹. Tu interim & Samuel
laudes & triumphum ei exhibete qui dedit ſalutem homībus. Ar.
orſus/ tu Samuel adiuta. Te deum laudamus. Te dominū cōfite- — Cantus Triumphi
mur. Oli. vos Balbe & Triphon. Te eternum patrem omnis terra — et Iubilationis
veneratur. Sam. Tibi omēs angeli. Tibi Cœli & vniuerſe poteſta
tes. Bal. Tibi cherubin & Seraphin inceſſabibi voce proclamant.
Sam. Sanctus. Oli. Sanctus dominus deus zc.

¶ Stamler Compoſitor his Valete & plaudite

Ad lectorem Candidum Epilogus
Philomuſi.

Tornatū opus Iohis Stamler et a Calcographis technica manu
excuſſū: En lector/ accipe: lege: & eq̄ trutina cēſe/ nō ſcp̄ſit auctor
iō: vt te doceret: ſed vt te moneret adq; lctōem hiſtorice vetuſtatis

te hortaretur. quod prius variis multiplicibusq; libris confuſum atq; ꝓlixum continebatur: Id ſub breuiſſimo compendio iamiam percipere potes. Si lucium florum nonnulli/ Scriptorum & literatorum inſignes/ Idcirco laudibus extollunt: quod ex numeroſiſſimis veterum hiſtoricorum voluminibus/ Epitomata confecerit: quod Titi liuii lacteum fontē large Scaturientē/ In paruos riuulos tuboſq; modicos & arctatos deduxerit: Si Iuſtinū Trogi hiſtorici abbreuiatorē/ Claſſici profeſſores laudant: quis mihi vicio dabit: ſi Iohannis mei amiciſſimi Epitome mirificum/ ex multis auctoribus collectū: ac ingenioſa Inuentione compoſitū: decenter formatum: citra ſupbiam elucubratum/ meo preconio diuulgauerim Accipe lector grato animo/ alienos labores: tuos tamen fructus/ tuum ornamentū: & vtilem rerum tum prophanarum/ tum ſanctarum fructuoſam cognitionem.

Ad lectorem

¶ Si liber eſt Mendis lenibus maculatus: et Atris
Lituris ſordet: Mancaq; verba gerit.
Auctoris non eſt vitium: nam pullulat Error
Nullus in Archetypo/ qui proba ſcripta tenet.
Chalcographum culpare potes: ꝓperantius æquo/
Qui preſſit lepidum lector amice librum.

Impreſſum Auguſte: per Erhardum oglin. & Ieorgiū Nadler Cura correctōne et diligentia venerabilis domini Wolfgangi Aittinger pſpiteri Auguſteñ. ac bonarum Artium zc. Magiſtri Collonienſ Anno noſtre ſalutis.1.5o.& .8.die.zz.menſis May.zc.

REGISTRVM·OPERIS VIDELIcet Libri qui intitulat' de cunctis Regionibus mundi quo ad fidē & Ritū

De patria Cœleſti ſm gentiles et Chriſtianos folio. primo
De Inſulis nouiter inuentis et moribus populorum inauditis 1.
De liberalitate in margine 4
Initium Argumenti 4
Quomodo hō laudari vere debeat In margine facundiam. 5.
Argumentum totius operis 5
Victoria Tamerlanis Regis Tartarorum cōtra Turcos & Saracenos 5
Origo Tartarorū & occiſio Regis eorum Dauid a ſuis cum explatione poteſtatis Indorum in margine 5.
Trium viciorum Tartarorum a Cingiſtam diſuaſio 6.
Natura eorum 6.
Exercitiū eorū & abilitas eqtandi 6.
Conditio mulierum eorum 6.
Habitatio eorum extra vrbes in Campis & Tentoriis 6.
Situs eorū 6 Secta eorū & religio 6
Idola eorum vulgariter Daterman 6.
Quomodo venit Cingiſtam ad mōtes Caſpios & inde rediit repulſus 6
Precepta eorum & Statuta 6
Diuinatōnes eorum et Auguria 6
Sodomia eorum 7
Fides et Spes eorū repoſita poſt hanc vitam temporalem 7
Sepultura eorum in Campis 7
De Sclauis eorū & captiuis ī mar. 7
Potentia eorum 7
Tranſitus eorum Iterato ad Montes Caſpeos 7
Obitus Cingiſtam Regis eorum 7
Titulus Cham & ſigilli eiuſdem 7
Proprium nomē Cham Gog et fratris eius Magog 7
Plures ſunt Soldani Saracenorū 7
Solēniſatio Cham et introniſatio Imperialis. 8
De principe eius Beyothoni 8
Dux Corenzam 8
Batho Princeps 8
Varia genera Demonum 8
Exercitus eorū 8 Eorū deſolatio 8
Mos & aſtucia eorū ī obſidiōe vrbiū 8
Titulus Tirannidis Cham 8
Plura de eiuſdem ſcilicet eorum Conuerſatiōe cū Principib9 nr̄is 8.&.9
Sacramētum Veteris et Noui Teſtamentorum 10
Benedictio Iſmahelis p Angelum 10
Genera Angelorum tam bonorū q̄m malorum in margine 10
Preiudicia Paterna 10
Benedictio Iſmahelis per Deum 10
Benedictio Iſaac et Annunciatio 10
Sapiens dominabitur Aſtris 10
Influentie Aſtrorum & legum abrogatiōes ad nouas Sectas p̄mouēdas 10
Deificatio hominū Gentilium 11
Victoria Iuſtiniani Augūſti 11
Compacientia humana 11
Figura Sciſſionis Orientalis & Occidētalis ecclar̄ū doctr̄is Hereticorū 12
Secte hereticorum Orientaliū 12
Secte Bohemiarū Huſſitarum in articulis certis eorundem 12
Omnes Secte omniū Hereticorum in fine circa Articulos fidei 12
Adeptio nr̄a imperii Occidētalis 12
Per Gottos & Hunos Imperii deuaſtatio. 12
Regimen Aſtrogottorū in Italia 12

Signa Aerea Cœleſtia. Terreſtria et a-
quoſa. 12
Argumentũ p̄teriſſe Antixp̄m 12
Origo Machometi & liber generatõis
eiuſdem 12
Cadigan Vxor eius 12
Opinio Iacobitarum 13
Compoſitio Secte Machometi 13
Infelicitas Eraclii Imperatoris 13
Secte oĩm philoſophorũ etiam gym-
noſophiſtarum 13
Ordo & feſtiuitas orãdi ſaracenorũ. 13
Ritus legis eorundem 13
Oratio eorum et Ieiuniũ 13
Feſtiuitas & Peregrinatio eorum ad
Mecham 13
Comeſtus eorum 13
Coniugia eorum 13
Poſſeſſiones eorum repetende 13
Adulterium eorundẽ puniendum 13
Repudiũ eorũ 14 Furta eorum 14
Circumciſio eorum 14
Spes & beatitudo eorũ repoſita in pa-
radiſo 14
Pena nõ credentiũ .i. ſuorũ infidelium
et agonia eorum ſalutaris 14
Victoria Saracenorũ contra Eraclium
Imperatorem 14
De Turcis et eorum origine 14
Cõuerſio Turcorum ad legem Macho
meticam. 14
Alia & maior opĩo p̄teriſſe antixp̄m 15
Prelia & Seditiones populorum 15
Secta Triptita Arrianorũ ĩ margĩe 15
Sacramenta Significandorum 15
Vere adhuc futur9 ẽ antixp̄s in mar. 15
Plura de Tartaris aduertẽda & opinio
eos effectos fuiſſe xp̄ianos 16
Tranſitus marinus Luduici Regis Frã
corum. 16
Miſſa legatio Tartarorũ ad Regẽ Lud
uicum 16
Ep̄la Erchaltai Principis cuiuſdã p̄po-
tẽtis Tartarorũ ad regẽ luduicũ 17
Recitatio Coneſtabularii Armenie 17
Recitatio in ſcriptis ad regẽ Cipri 17
De Occiſis a Tartaris 17
Terra Trium Regũ magorum 17
Conuerſio Tartarorum ad fidem leuis
tamen & Argumẽtoſa 17
Rñſio Oliuerii contra Samuelem 18
Prophetia & Vaticiniũ dñice paſſi. 18
Teſtamẽta. 12. filiorũ Iacob de Chriſti
incarnatione et paſſione 18
Reiectio iſrael ſm carnem ſed non ſm
repromiſſionem 18 .18 & 19)
Error iudeorum ad legis intellectum (
Confuſio eorum 19
Beatitudo et ſpes eorũ repoſita 19
Error eorum cõtra diuinitatis ſimpli-
citatem 19
De vera cognitione dei in margĩe 19
Plaga Iudeorum Sanguis eius ſup nos
et ſuper filios noſtros 20
Cauſa vltime et p̄ntis Captiuitatis 20
Oratio eorum quotidiana ac deo exe-
crabilis in margine 20
Reprobatio Machometi. 20
Furta eiuſdem 20
Vnde dicitur Saracen9 & Agaren9 21
Deuaſtatio hieruſalem p̄ Titum et Ve-
ſpaſianum in margine 21
Crudelitas Machometi & hoĩcidiũ 21
Impudicicia eiuſdem p̄phete 21
Dignitas atq; probata facultas p̄phe-
tarum. 21
De fabulis eiuſdem 21
Lupus vlulans 21
Mors Ridiculoſa eiuſdem 22
Alia opinio mortis eiuſdem 22

Quare deus permittit eccleſiam periclitare : & maior eſt numerus malorum q̃m bonorum.folio z2.
Facultas illi adherentium. z2.
Communis populus gaudet nouitate. z2.
Victoria Machometi contra Regem Perſarum z2.
Queſtio Religionum orbis et diuerſitas. z3.
Deum in vulgus prodere ſiue manifeſtare ſentẽtia philoſophorũ nephandum eſt. z3.
Dii deeq; gentium z3.
Conuerſio Rabi Samuelis z4.
Fallatia mundi et Abuſio z4.
Reconciliatio Arneſtis ad fidem. z4.
Suſceptio peccatorum ad gratiam z4.
Iuſticia dei et Miſericordia. z4.
Eſſentia Sacramenti z5.
Differentia inferni et purgatorii ꝓbatur ex euãgelio xp̃i. z5.
De immortalitate aĩe et certis ſpiritibus, qui lẽnides vocanť z5.
De trinitate. Eterna ſalute. Et choris Angelorum. z6. & z7
De verbo incarnato z6.
Perſuaſio ad litteras ſacras diſten das z6.
Via vera eundi in Cœlum in margine z6.
De articulis fidei & approbatõe eorundem ꝓphetica Euangelica et apoſtolica. z8.
Cantus ſolennis triumphi et iubilationis folio vltimo.

Finis Regiſtri

07427

JA508
S783d
c.2
l-size